



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1866

De SS. Placido, Eutychio, Flavia, Donato, Aliisque MM. Messanæ in Sicilia
Commentarius Historicus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

A morbo correptum assistere de more matutinis Ecclesiae Officiis non potuisse.

ll Paragorius is mihi aliunde ignotus est.

mm Vide superius lit. n.

nn Variant hoc loco apographa : Cisterciense pro propria habet prope; Ursicampanum loco participii condemnans legit condempnatur; omnia tamen habent religatione. Sed forte legendum propria religione seu conscientia, eo nimirum sensu, ut Paragorius, mox ut opus nefarium a se patratum fuit, ipsemet scelus suum agnoverit et condemnarit nihilominus tamen supplicii loco S. Apollinaris opera invisibili constrictus vinculo, immobilis lecto adherere compulsus fuerit: nisi velis, insanum hominem in sui sceleris condemnationem sese ipsum semel iterumque ligasse, ac Pontificis viribus ita invisibili vinculo adhuc

constrictum fuisse, ut nec loco cedere, nec movere se ullatenus posset.

oo Vide Commentarium num. 9.

pp De archidiacono Leubaredo, quem Ms. Ursicampanum Leuburedum vocat, nihil novi.

qq Ita 3 Mss. Consule Comment. num. 44.

rr Hæc ita Martenius habet: At vero Valentina urbs, quem tunc flevit amissum, urbs decora Pontificem destinasse ad superna assiduo nunc gaudet advocatum. Sed minus recte, ut patet.

ss Doxologia hæc, quæ apud Martenium deest, ita a Labbeo et in Mss. Ursicampano et Cisterciensi refertur: Regnante D. N. Jesu Christo, cui est virtus, honor, imperium et potestas cum Patre et Spiritu Sancto in Trinitate perfecta in sæcula sæculorum. Amen.

AUCTORE
COEVO, FOR-
SAN ELADIO.

DE SS. PLACIDO, EUTYCHIO, FLAVIA, DONATO, ALIISQUE MM.

MESSANÆ IN SICILIA

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. SS. Placidus et Socii martyres a recentioribus alii, alii ab antiquis martyrologis, ut apparet, ad hunc diem memorati.

SUB ANNUM
DXLI.
S. Placidus
Sociique mar-
tyres marty-
rologis

Sanctum Placidum, Sociosque martyres Martyrologia recentiora iusta ac vetera hodie quidem certatim celebrant; sed ita, ut, eademne, an diversa in illis signetur martyrum classis, ambigi non immerito queat. Annuntiatio recentiorum ut fere fit, passim uberior, et distinctior; contra brevior obscuriorque veterum: pauca ex illis laudasse sufficiat. Quod modo in usu est, Martyrologium Romanum ita habet: Messanæ in Sicilia natalis sanctorum martyrum Placidi monachi, discipuli beati Benedicti abbatis, et fratrum ejus Eutychiei et Victorini, ac Flaviæ virginis, eorum sororis; item donati, Firmati diaconi, Fausti, aliorumque triginta monachorum; qui a Manucha pirata pro Christi fide necati sunt. Martyrologii Romani emendatoribus prævivere Belinus, Maurolycus, Molanus et Galesinius: ex his Belinus S. Placido titulum discipuli S. Benedicti primus adjecit his verbis: Apud Siciliam natale sanctorum martyrum Placidi monachi, beatissimi Benedicti abbatis discipuli, Euticii: et aliorum triginta. Maurolycus longe proluxior: Messanæ, inquit ille, in freto Siculo sanctorum martyrum Placidi monachi, beati Benedicti abbatis discipuli, Eutychiei, Victorini, et Flaviæ, eorum germanæ, Donati, Fausti, Firmati, et aliorum triginta monachorum, qui a Manucha pirata, quem Abdala, barbarus Hispaniæ rex, miserat, cruciati et perempti sunt; a Gordiano autem socio, qui pavidus secesserat, in ipso urbis litore sepulti, juxta ædem S. Joannis Baptistæ, ubi erat Sanctorum oratorium; passi sunt anno Salutis quingentesimo quadragésimo primo; ipse autem Placidus, septennis a patre Tertullo traditus Benedicto, agens autem annum vigesimum sextum, martyrium

passus est; Gordianus autem eorum Passionem scripsit.

2 Fontem, ex quo sua Maurolycus hausit, postrema ejus, quæ de Gordiano, S. Placidi comite, est, periodus abunde declarat; sed lultulentum illum esse, ac Gordiano falso adscribi, manifestum fiet, cum de S. Placidi Actis agetur. Molanum interim audiamus: Apud Siciliam, inquit, natalis sanctorum martyrum Placidi, monachi beatissimi Benedicti abbatis, Eutychiei et aliorum triginta: quæ quidem Usuardina sunt; sed Placidum S. Benedicti discipulum fuisse, Molani additamentum est, alio propterea caractere expressum, et ex iisdem S. Placidi Actis, a Molano in sua ad S. Placidum Annotatione laudatis haustum. Galesinius vero tum ex iisdem S. Placidi Actis, tum e Siculorum de S. Placidi martyrio Epistola, sed sublestæ pariter fidei, ita scribit: Messanæ in Sicilia, sanctorum martyrum Placidi monachi, Euthichii, Victorini, Flaviæ sororis, Fausti, Firmati et aliorum triginta. Ii a Manucha pirata, quem barbarus Hispaniæ rex miserat, graviter pro Christi fide exeruciati, demum necem constanti animo obierunt. Hiscæ plures e recentioribus martyrologis non addo, indicasse contentus, unde, quæ in hodierno Romano Martyrologio legitur derivata fuerit SS. Placidi et Sociorum annuntiatio, in qua S. Placidi palæstra, monachus, Fratres et Soror, et Sociorum denique numerus discrete accurateque exprimuntur. Non ita Martyrologia antiquiora loquuntur; ab Hieronymianis initium capio.

3 Codex Epternacensis, initio sæculi VIII exaratus, ita habet: In Sicilia natalis Eutici et aliorum VIII. et alibi Barici, Victorini. Lucensis apud Florentinum: In Sicilia Placiti, Eutici, et aliorum xxx. et alibi Barici. Victorini. Fausti. Pelagi. Corbeiensis apud Dacherium tom. IV Spicul.

E

J. B.

F

tum antiquis
notissimi;

AUCTORE
J. B.

Spicil. primæ editionis pag. 676 : In Sicilia Placiti, Eutici, et aliorum xxx. Et alibi Victorini, Fausti, Pelagii. *Inter Codices Hieronymianos contractos apud nos tom. VII Julii Richenoviensis* : In Sicilia Euticii et aliorum octo, et alibi Placidi, Baricii. *Augustanus monasterii S. Udalrici* : Placidi, Valentiniani, Apollinaris, Eutici, Victorini. *Autissiodori Fausti, Pelagii, Firmati, Flavianæ virginis. Labbeanus* : Placiti, Valeri, Apollinaris, Eutici, Victorini. *Ants. Fausti, Pelagi, Firmati, Flavianæ virginis. Corbeiensis brevior* : In Sicilia Placiti et Placiti, Eutici et aliorum triginta. *Inter codices nostros Hieronymianos Mss. Vallicellanus* : Apud Siciliam natalium sanctorum martyrum Placidi et Eutici et aliorum triginta. *Consonat huic Barberinianus; sed Casinensis, qui Placidum in Sicilia collocat, Victorinum, Faustum et alios triginta alibi signat. Ad Hieronymianorum classem reduci etiam possunt Gellonense, anno 804, ut censet Dachorius tom. XIII Spicilegii pag. 12 in Præfatione, conscriptum, et Morbacense apud Martene tom. III Anecdotorum col. 1563 editum, et sæculo IX haud multum profecto, ut ait, exaratum; quorum illud ita habet* : Placiti, Valentia Apollinaris, Eutici, Victorini. *Autissiodoro Fausti, Pelagii, Firmati, Flavianæ virginis. Hoc vero* : Placidi, Valentini, Fausti.

sed num S.
Placidum
S. Benedicti
discipulum

4 Porro tot codices Hieronymianos haud frustra hic a me fuisse in medium adductos, paulo infra apparebit : ingens sane illorum varietas et dissonantia, plerisque eorum a nativa sinceritate descivisse, indubitatum facit : nolim tamen hanc labem universis aspergere ; siquidem puri videntur Corbeiensis Achervi, Lucensis Florentinii et Blumanius apud eundem Florentinum jam inde ab anno 772 exaratus, atque hoc solo a Lucensi discrepans, quo pro Eutici habeat Euti. Ita existimo, tum quod inter hos (litterularum enim aliquot discrimen non moror) apprine conveniat ; tum quod Ado et Usuardus, quibus Martyrologium, S. Hieronymo vulgo adscriptum præluxit, S. Placidum ejusque Socios iisdem fere verbis Fastis suis inseruerint. Sic Ado : Apud Siciliam, natalis sanctorum Placidi, Eutychii et aliorum triginta. Usuardus : Apud Siciliam natalis sanctorum martyrum Placidi, Euticii et aliorum triginta. Id etiam tribus illis Hieronymianis apographis peculiare est, ut ad hodiernum Martyrologium Romanum, aliosque Fastos sacros recentiores, num. 1 et 2 laudatos, præ ceteris accedant proprius. Dispiciamus modo, num Hieronymiana apographa, Ado, Usuardus, eandem hodie martyrum classem memorent, quam Martyrologium Romanum, an diversam : Bedam enim et Florum accessionibus expurgatos, et Wandelbertum prætereo, quod nec hoc nec alio quovis die Martyrum nostrorum mentionem fecerint : Notkerus Adoni et Usuardo consonat ; de Rabano agitur infra.

tam recentiores, quam antiqui hodie annuntiant,

5 Florentinus in suis ad hunc diem Annotatis, inter apographa sua Hieronymiana, S. Placidi Historiam et Romanum Martyrologium partim convenire, partim disconvenire, animadvertens, primum quidem hac in re vacillare videtur ; at tandem, eandem utrobique Martyrum classem indicari, suosque codices, nominibus aliquot Martyrum mutilatos, ex illis supplendos corrigendosque existimat. Movit Florentinum maxime tum Romani Martyrologii emendati auctoritas, in quo præter Placidum, Eutychium et Socios triginta, Victorinus, Flavia, Firmatus, Donatus et Faustus, in Hieronymianis apographis desiderati, signatis nominibus expressi le-

guntur ; tum Sixti V, Romani Pontificis, Bulla, qua eorum festum die v Octobris, nuperam vero inventionem atque translationem pridie Nonas Augusti celebrari permisit. Nihilominus Castellanus contrarium decernit. Nemo miretur, inquit in Præfatione ad primum Martyrologii Romani bimestre num. 5. de Rabani Martyrologio loquens, Martyrologium illud, utpote monachi Benedictini Opus, festorum S. Benedicti et S. Scholasticæ meminisse : sed nec admirationem cuiquam moveat, non legi illic S. Maurum, legi autem S. Placidum sine monachi titulo ; cum nemo ad id usque tempus, quo scriptum est, pro binis illis Sanctis monachos, de quibus Gregorius in Dialogis, tentasset obtrudere. Ita ad diem v Octobris Rabanus, verosimiliter circa annum 845, apud Canisium tom. VI Antiquarum Lectionum scripsit : In Sicilia natale Eutici et aliorum triginta. Præterit igitur Placidum Rabanus : Castellanus tamen, quid de S. Placido, ab antiquis martyrologis memorato, sentiat, manifeste prodit.

6 In eandem sententiam Sollerius ivit : Hoc certe indubitatum videtur, inquit in Observatione ad Usuardum die v Octobris, nullum antiquorum martyrologorum, dum Placidum, Eutychium et Socios anonymos memorant, vel per umbram cogitasse monachos ipsos, nedum Benedictinos fuisse, quod profecto, qui monachi et ipsi erant, insinuare non neglexissent, ut passim faciunt ; nimirum Ado, Usuardus, Notkerus, Rabanus, Benedictini instituti monachi. Recentius Parisiensis ecclesiæ Martyrologium hodie SS. Placidum, Eutychium aliosque triginta in Sicilia memorat, adjectis in margine hisce particulis : Juxta quosdam anno DCLII, quibus non annus modo, quo martyrium subivisse cum Sociis S. Placidus dicitur, sed quinam etiam sint isti Siciliae martyres vocari videtur in dubium. Ut sit, non pauca sunt, quæ me in Castellani et Sollerii sententiam abire compellunt, ac affirmare, martyres alios ab Hieronymianis, Adonianis, Usuardinis aliisque vetustioribus Martyrologiis hodie memorari, alios vero a Martyrologio Romano recentiori. Ac primo quidem, quod ad Martyrologia Hieronymiana attinet, licet in iis passim tantum nomen, locus et dies passionis, omissis martyrum qualitatibus, ceterisque adjunctis, exprimentur ; tamen passim non nisi antiquiores Ecclesiæ martyres in iisdem memorari consuevere, ut Ruinartius in sua de S. Placido Apologia § IV non distitet, atque adeo S. Placidus, in illis memoratus, cum S. Placido, S. Benedicti discipulo, de quo in suis Dialogis Gregorius Magnus, a recentioribus facile confundi potuit, ob non minimam, quæ inter Hieronymiana aliaque Martyrologia et Placidi, S. Benedicti discipuli, historiam intercedit, consonantiam.

7 At, inquit Ruinartius loco citato, difficultas illa morari neminem debet ; etsi enim Martyrologia Hieronymiana passim antiquiores Ecclesiæ Sanctos memorent, hinc tamen S. Placidum ejusque Socios in illis memoratos antiquioribus Sanctis annumerandos pariter esse, confici nequaquam potest : quippe in quibus etiam recentiorum Sanctorum, et S. Benedicto posteriorum nomina non raro legantur, etiam subinde in ipsa fronte laterculorum ; quod sane eruditissimo viro dandum est. Lucas Dachorius tom. IV Spicilegii Martyrologium Hieronymianum exhibet, in quo festorum annuntiationes non paucas, temporum lapsu Fastis Hieronymianis adjunctas, diverso caractere distinxit, et in fronte quidem laterculorum

D

inter auctores
controvertitur :

E

F

alius ab hoc :
quidquid
Ruinartius

A *lorum festum Purificationis beatæ Mariæ ad diem 2 Februarii; et Omnium Sanctorum Kalendis Novembris. Mirum tamen, non venisse illi in mentem, ut ad diem 5 Octobris S. Placidi annuntiationem simili modo distingueret, quod ad diem 21 Martii in S. Benedicto facere non neglexerat. Eadem cura Florentinum tenuit in edito a se, notisque illustrato S. Hieronymi Martyrologio. Multi illic quoque Sancti, recentius adjecti, ac propterea diverso a reliquis pariter caractere distincti, maxime in calce laterculorum, occurrunt; frontem autem occupant S. Austreberta ad diem 40 Februarii; SS. Vuando, Asbertus, et Vualframmus ad 31 Martii; S. Chilbertus ad 19 Aprilis; S. Ceratus ad 7 Junii; S. Vandregiselus ad 22 Julii; S. Audenus ad 24 Augusti; S. Leodegarius ad 2 Octobris; SS. Genesius et Hilarius denique Kalendis Novembris.*

in contrarium
dicat,

B *8 Quod igitur Ruinarius ait, codicibus Hieronymianis recentiores subinde Sanctos, etiam in fronte reliquorum, adjectos fuisse, nemo jure in dubium vocet: verum prius alterum eximi mihi scrupulum velim, quam ab opinione de Placidi in Hieronymianis apographis memorati a Placido Benedictino diversitate discedam. Si Sanctos Martyrologio Hieronymiano Dacherii adjectos, et diverso caractere notatos inspicio, viz uno excepto, omnes in calce laterculorum notatos invenio; quod si festa Purificationis et omnium Sanctorum primo loco in illo compareant, facere id potuit tum transcribens in Beatissimam Virginem veneratio, tum festi alterius solemnitas ac celebritas singularis. Contra S. Placidi nomen in laterculi capite notatum invenio: neque id in uno dumtaxat Dacheriano exemplari advertere licet, verum etiam in codicibus Hieronymianis ceteris viz non omnibus, quos vel monachi Benedictini, vel alii quicumque transcriperunt. Primo loco occurrit in Epternacensi Eutichius, S. Placidi socius, primo Placidus in Lucensi apud Florentinum, primo in Blumano apud eundem, in Augustano, Labbeano, Corbeinsi breviori apud nos tom. VII Junii, in Morbacensi, altero Corbeinsi, et Turonensi apud Martene tomo III Anecdotorum. Accedunt Casinense, Barberinianum S. Cyriaci, Vallicellanum, Trevirense S. Martini, Coloniense S. Mariæ ad Gradus, Romano-Gallicum Lucæ Dacherii, quorum habemus apographa.*

C *His adde Gellonense apud Dacherium tomo XIII Anecdotorum. Unus Richenoviensis e tot Hieronymianis codicibus, aut eo accedentibus, jam citatus, secundo loco S. Placidum collocat; sic tamen, ut Eutichium S. Placidi socium primo loco annuntiet, ut num. 3 videre est.*

in antiquis

D *9 Porro ex utroque hoc capite conjunctim sumpto, quod nimirum Placidus in codicibus Hieronymianis memoratus, locum non modo in illis pene omnibus, sed etiam primum constanter obtineat, non levis mihi suspicio incidit, ad primigenium eorum textum S. Placidum pertinere, quandoquidem in iis Sanctis, qui primario Hieronymianorum codicum textui subinde accesserunt, alterutrum desiderari solet, ut aut primo loco non ponantur aut saltem non constanter. Exemplo sint tum Sancti num. 7 relati et apud Florentinum in fronte laterculorum positi, tum ipse S. Benedictus; quorum illi in exemplaribus Epternacensi et Corbeinsi Dacherii apud Florentinum, atisque a Sollerio tomo VII Junii editis, aut omnino reticentur, aut passim medio vel loco postremo ponuntur: S. Benedictus vero, quamquam in non paucis primo loco occurrat, postremo Tomus Octobris III.*

E *tamen in Epternacensi velutissimo, in Richenoviensi, Augustano, Labbeano, Corbeinsi breviori, Corbeinsi et Gellonensi Dacherii, uti et antiquissimo Hieronymiano a mille et amplius annis compacto, et Morbacensi apud Martene tomo III Anecdotorum a col. 1547. Tum vero, quis ceteroquin credat, Hieronymianorum codicum interpolatores Placido Benedictino, quotquot illius meminerunt, pene singulos id honoris habuisse, ut ejus nomen non primo loco signare velut sibi nefas duzerint, nec tantumdem S. Benedicto, sanctitate rebusque gestis Discipulo suo non minus celebri, ex visdem multis tribuere voluisse? Num forte in his ultimo loco legitur S. Benedictus, eo quod omnium, quos diei 31 mensis Martii laterculus complectitur, fuerit ætate postremus? Contra vero S. Placidus, Benedicti discipulus, primo in illis loco constanter occurrit, quod ceterorum, qui die 5 Octobris in Hieronymianis exemplaribus signantur, ætatem prævererit? Atqui hoc Placido paulo saltem antiquior S. Apollinaris, Valentini ad Rhodanum episcopus, qui anno 517 concilio Epaonensis subscripsit; antiquiores forte integro sæculo Firmatus et Flaviana seu Flavia; ac multo denique forte antiquiores Pelagius ac Baricus, qui ad hunc diem quoque Hieronymianis codicibus inscribuntur.*

ACTORE
J. B.

F *10 Subit etiam animum admiratio, si, quem hodie Hieronymiana apographa Placidum referunt, S. Benedicti discipulus fuerit, ne unum quidem ex iis omnibus esse, quod Messanæ determinate meminerit. Certe S. Benedictum Casini annuntiant apud Sollerium apographa Rhinoviense, Richenoviense, et Reginae Sueciæ: ut adeo vaga S. Placidi in Sicilia annuntiatio, quæ per universos, quos quidem viderim, Hieronymianos codices manat, ex determinatæ palæstræ inscitia, hæc vero ex Sancti in illis memorati antiquitate potius, quam aliunde profecta videatur. Quid quod ipsa Hieronymianorum codicum verba, quibus hodie Placidum suum, illiusque Socios referunt, alium illum esse a Placido, S. Benedicti discipulo, abunde declarent? Si Pseudo-Gordiano credimus, socios martyrii Placidus Benedictinus habuit Eutichium, Victorinum, Flaviam, Faustum, Firmatum, Donatum, monachos denique triginta anonymos. At citati jam sæpe codices Placido, præter Socios triginta anonymos, unum dumtaxat adjiciunt, puta, plerumque Eutichium; Donati ne unus quidem meminit; imo reliquos passim alibi signant: unde vero fit admodum simile, Actorum S. Placidi Benedictini inventorem, sparsa hinc inde hoc die per Hieronymianos codices martyrum nomina corrasisse, et pro arbitrio Placidi sui Hospitibus, una cum illo passis, affinxisse, servato triginta anonymorum martyrum numero: ut adeo opus non sit, codices illos, qui Placidum una cum Eutichio et triginta socios hodie memorant, multos dicere, et duplicem Victorinum et Faustum, duplicem item Firmatum et Flaviam seu Flaviam distinguere, quod in suis ad hunc diem Annotationibus Florentinus facit.*

G *11 Haud equidem inficior, Hieronymianos describentium seu oscitantia seu inscitia designari multis locis insigniter depravatos; verum quo minus in hoc loco, saltem iis, quos num. 4 laudavi, id accidisse existimem, ibidem dixi. Quod si in aliis non dubia forte depravationis argumenta occurrant, vel hinc suspicor, Placidum ejusque Socios, in illis memoratos, ad antiquos, minusque notos Ecclesiæ Sanctos pertinere: quippe in quibus*

9 non

AUCTORES
J. B.

non raro, quam in ætate recentioribus, ac fama passim gestisque rebus notioribus, proclivior est ad errores via. Suspicionem meam apographum Epternacense confirmat. Scriptum id fuit sub sæculi VIII initium a Laurentio quodam, Epternacensi monacho, Benedictini instituti alumno; in usu vero habuit S. Willibrordus (quem suum facere non dubitant Benedictini) ut in Præfatione generali in Vitas Sanctorum cap. 4, § 4 Bollandus probat. Florebat etiam tum S. Placidi Messanense cænobium, sub finem sæculi IX a Saracenis tertio deletum: atque adeo scriptum illud fuit eo temporis tractu, quo S. Placidi, Ordinis Benedictini proto-martyris nomen, saltem apud instituti sui cænobitas, longe lateque increbuisse necesse est. Sic tamen habet: In Sicilia natalis Eutici et aliorum octo. Et alibi Barici, Victorini. Mutilum sane hic est Epternacense apographum, et vitiosum exemplar Laurentius præ manibus habuit; sed, si Messanensium Martyrum isthic mentio fieret, nonne supinæ vel ignorantæ vel negligentæ arguendus erit tum Laurentius, qui S. Placidum silentio præterierit, Eutichio socios tantum octo tribuerit, Victorinum a Sociis dicentem, Baricogue, ad Messanenses Martyres nihil facienti, conjunxerit; tum ipse S. Willibrordus, qui errores tam multiples atque palpabiles vel non norit, vel cognitis emendationem nullam adhibuerit? Malim opinari, neutrum, cum ista scriberet vel legeret, quidquam de S. Placido, S. Benedicti discipulo, cogitasse, sed Eutichium ejusque socios pro antiquis, et parum sibi cognitis Sanctis habuisse. De Martyrologii Hieronymiani apographis hactenus. Sed prius audiendus est Ruinartus, qui Placidum Hieronymianis codicibus temporis lapsu superadditum a monachis in sua Apologia contendit, quam de ceteris vetustioribus martyrologis sermonem faciamus.

videtur.

12 Antiqua Martyrologia duplicis generis statuit, ut alia in ecclesiarum secularium, alia in monasteriorum usum conscripta sint: illa primorum fere martyrum nomina complectuntur; ut in Romano Parvo, a Rosweydo edito, videre est: hæc a monachis illorum Sanctorum nominibus passim aucta sunt, in quorum ipsi communionem gloriæ et societatem veniunt. Porro cum in his passim S. Placidi nomen appareat, desideretur vero in multis ecclesiarum secularium Martyrologiis; argumento id esse potest, Hieronymianis codicibus, qui Benedictinis in usu fuere, ab iisdem S. Placidi nomen fuisse adjectum, quod unus ex illis Sanctis esset, quos perenni saltem mandari memoriæ sua speciatim intererat. Ita fere Ruinartus, etsi sublimide; qui quidem recte dissereret, si id Romana, aliæque sæculares ecclesiæ sibi propositum habuissent, ut omnium et singulorum primorum martyrum suis Fastis memoriam consignarent, nec e Sanctis, quos singulæ sibi potissimum honorandos censuerunt, delectum ullum habuissent; Martyrologia vero cænobitica, plurima primorum Ecclesiæ martyrum nomina non retinuerunt. At longe aliter sese res habet: Martyrologia cænobitica Sanctos, ad Ordinem monasticum peculiariter spectantes, plerumque post antiquiores Ecclesiæ martyres collocant sub finem laterculorum, ut illa inspicienti manifestum evadit. Hinc igitur S. Placidum, qui non in uno alterove dumtaxat, sed in plerisque, ut supra vidimus, Hieronymianis codicibus laterculorum frontem constanter occupat, primorum Ecclesiæ martyrum numero expungendum esse, effici nequaquam potest. Martyrologia vero ecclesiarum secularium singu-

lorum primorum Ecclesiæ martyrum nomina non recensuisse, vel ipse Ruinartus ostendit, cum ait, in veteri Martyrologio Romano, a Rosweydo edito, quod in exemplum adducit, nec hoc, nec ullo alio die memoriam signari S. Agathæ, S. Lucie, S. Eupli, aliorumque Siciliæ Sanctorum, licet maxime celebrium. Frustra sit, qui ea de causa Siculos illos Sanctos primum martyrum numero expungat; frustra, qui S. Placidum. Nunc de Adone et Usuardo potissimum.

13 Benedictini pariter hi instituti fuere, et ante tertium Placidiani monasterii per Saracenos ex-cidium suas de Sanctis lucubrations adornarunt: vidit uterque Hieronymianum Martyrologium; hoc in subsidium conscripti a se Martyrologii sese adhibuisse ipse Usuardus fatetur in Prologo: hoc Ado laudat expressis verbis ad diem 24 Februarii. Verba, quibus uterque S. Placidum ad diem 5 Octobris memorat, dedimus num. 4; quærimus, num Placidum Benedictinum, an alterum? Adonis verba describit Usuardus, nec dubium, quin eundem uterque designet: videamus itaque, quem hic Ado intelligat. Adonem ipsum, præluxisse sibi bina potissimum Martyrologia, alterum Bedæ, a Floro auctum, alterum ab urbe Roma Aquileiam missum, seu Romanum Parvum, ut in Præfatione ad Usuardum cap. 2, art. 2 Solle-rius probat, in suo ad lectorem Prologo testem habemus: præ manibus quoque habuisse Martyrologium Hieronymianum, ex paulo ante dictis evincitur. At cum nec in Martyrologio Bedæ, a Floro aucto, nec in Romano Parvo S. Placidi mentio fiat, Ado autem iisdem pene verbis, quibus codices Hieronymiani Lucensis, Blumianus, et Dacherianus num. 3 et 4 citati, utatur; e simili Hieronymiano apographo in Martyrologium suum ab Adone transcriptum fuisse S. Placidum, verosimillimum apparet. Porro Placidus, in illis memoratus, S. Benedicti discipulus, ut supra ostendimus, non fuit; nec proin etiam is, cujus Ado et Usuardus meminerunt. Verum quid hic senserit Ado, ex ipsomet, quoad fieri poterit, non aliunde, eruamus.

14 Quid lucubratione sua præstandum Ado suscepit, docent hæc Prologi verba: Deinde collecti undecumque passionum codices animum in tantum suscitaverunt, ut non solum præteritas (in Martyrologio Bedæ, a Floro aucto) dierum festivitates, verum et aliorum, qui per totum annum ibi notatim positi erant, latius et paulo apertius describerem. Reete habet: una ex omissis in Bedæ Martyrologio, a Floro aucto, S. Placidi festivitas est; exspecto igitur, ut Ado, si quid de S. Placido sive ex collectis passionum codicibus, sive aliunde novit (novisse autem debuit, si de Placido Benedictino agat) paulo id latius, apertiusque declaret. At ecce, dum Placidi Benedictini historiam cum Adoniana annuntiatione comparare aggredior, non modo non latiore apertioreque, sed mancam mutilamque invenio: comparent illic Placidus et Eutychius, comparent alii triginta, monachi nempe, si ita lubet, quos in vitæ societatem adsciverat Placidus; sed ubi Victorinus et Flavia, ejus germani? ubi Firmatus et Faustus? ubi palæstræ locus Messana? Scio Adonem, passiones Sanctorum paulo longiores, maxime circa finem laterculorum Martyrologio suo inseruisse; at mutilam adeo, vel in fronte laterculi, si de S. Benedicti Discipulo, et Ordinis sui Proto-martyre egisset, annuntiationem daturum fuisse non veor; maxime cum videam, Adoni in supplendis tum Sanctorum nominibus,

tum

A tum passionum locis, quæ in prælucentibus sibi Martyrologiis desiderabantur, diligentiam non defuisse: Adonem cum Romano Parvo comparanti id manifestum fuit, ut ad diem 28 Januarii, ubi Leucio et Thyrso, a Romano memoratis, Gallinicum; ad diem 7 Martii, ubi Perpetuæ et Felicitati, Revocatum, Saturninum et Secundulum; ad diem 26 Martii, ubi Theodoro Irenæum, Serapionem et Ammonium superaddit, quod et alibi non raro fecit. S. Lucianum ad diem Junii 7, S. Basilium ad diem 14 Junii, SS. Germanum, Theophilum aliosque ad diem 3 Novembris in Cappadocia Romanum parvum annuntiat: Addit Ado: Apud Cæsaream Cappadociæ. Illud S. Januarium ad diem 11 Julii in Armenia Minore collocat; hic addit: Civitate Nicopoli: Christianam virginem illud ad diem 14 ejusdem mensis circa lacum Vulsinum in Italia; addit Ado: In Tyro, quæ est circa lacum Vulsinum. Item S. Theodotam cum tribus filiis in Bithynia ad diem 2 Augusti; addit Ado: Urbe Nicæa.

et Usuardo, qui Adonem secutus est,

B 15 Hieronymiani Martyrologii, Bedæ, Florimo et Adonis vestigia Usuardus pressit, sed ita, ut, quæ in illis deerant, vel perperam relata erant, addere et emendare curavit: At si quid, inquit in Prologo, præter quod ab illis accepi, in hoc Opere actum vel mutatum est, sagaci a me indagine id perquisitum agnosci poterit: cujus rei specimina aliquot juxta proferre in medium. Ad diem 24 Januarii apud Rosceydam Ado S. Babylæ sine sociis meminit: addit tres parvulos cum eo passos Usuardus, Urbanum, Prilidanum, Epolonum. Ad diem sequentem S. Præjectum sine socio memorat Ado; S. Amarinum Præjecto, uti et ad diem 24 Maii S. Felicem quatuor aliis ab Adone memoratis Usuardus adjunxit. Idem ad diem 27 Julii S. Hermolao SS. Hermempum et Hermogratem adjecit, quod Ado non fecit. Quemadmodum igitur alios Ado, ita Adonem Usuardus, Sanctorum nominibus, si quæ forte ex eadem Sanctorum classe desiderabantur, nominatim expressis augere studuit. Unde colligere fas est, idem facturum fuisse quoad S. Placidi Socios; nec Victorinum, Flaviam, Firmatum et Faustum silentio præteriturum, si illum S. Benedicti discipulum existimasset.

auritque,

C 16 Non aliena dumtaxat, sed propria etiam scripta, adjectis Sanctorum nominibus, auxit Usuardus, is Usuardi Pratensis editori credimus: nam, ut quidem si refert in Observatione ad diem 23 Augusti, Usuardus Claudio duos tantummodo passionis comites, Austerium et Neonem, quod ante illum Florus quoque fecerat, primo adscripsit, quod tantum in Dervensi codice, in Bibliotheca regia Lutetiæ servato, signantur. At Usuardus, consultis Actis ipsorum Proconsularibus, Asterio et Neoni socias præterea binas, Dominam et Theonillam, deinde in codice Pratensi adjecit. Quid igitur causæ afferemus, cur recensendis hoc die S. Placidi Sociis parem diligentiam non adhibuerit, et quatuor saltem S. Placidi Socios reliquerit omnino indictos, nisi quod Placidus, quem memorat, a Placido Benedictino diversus sit, nec plures illius socios, quam quos retulit, haberit Usuardus exploratos? Similiter quærenti, cur Messanam, S. Placidi Benedictini palæstram, non expresserit Usuardus, respondere posse mihi videor, quia alterius Placidi, quam Benedictini mentionem facit, cujus palæstram non habuit Usuardus accuratius exploratam, qui utique Messanam S. Placidi Benedictini palæstram nec ignorasset, nec exprimere neglexisset,

si hujus meminisset; ad eum fere modum, quo laudatus Usuardi Pratensis editor quærenti, cur Usuardus ad diem 17 Junii de S. Gundulfo tantum scribat: In territorio Bituricensi, S. Gundulli episcopi, nec, quam sedem occupavit, edicat, affirmative respondet, id exploratum non fuisse Usuardo, qui sedem appellare non omisisset, si nota ipsi fuisset.

AUCTORE J. B.

17 Sane nec Ado, nec Usuardus, cum ad 20 Novembris SS. Ampeli et Gaii meminissent, Messanam, eorum Palæstram, omiserunt: Usuardus vero Sanctorum positiones, in Adone desideratas, sua non raro supplevit industria; sic ad 6 Januarii S. Macram, sine loco ab Adone memoratam, territorio Remensi; sic ad 15 ejusdem mensis S. Macarium Ægypto; sic ad 18 Martii S. Gertrudem Nivigellæ monasterio Usuardus assignat; nec desunt hujusmodi plura. At, inquiet nonnemo, non eam sibi legem, inviolate servandam; Ado et Usuardus indixerunt, ut singulorum Sanctorum positionem perpetuo et determinate referrent: proin fieri potuisse; ut S. Placidi palæstræ, etsi probe sibi cognitæ, determinate non meminissent. Sed esto, legem illam haud sibi indixerint: faciunt equidem id passim, idemque hic facturos fuisse, si Placidi sui palæstram novissent, haud gratis præsumi potest. Ut Messanam, itæ Victorinum, Flaviam, Firmatum, Faustum, Donatum silent, non facile, si novissent, omittebant; utraque omissio ex eodem fonte profecta videtur. Porro nec eam sibi legem ceteros martyrologos indixisse, ne alter alteri quidpiam adderet, ex dictis liquet. Qui ergo contigit, ut ne unus quidem ex illis Victorini aliorumque, de quibus proxime, mentionem fecerit? Qua animi distractione abreptus Rabanus, Fuldensis sæculo IX monachus, et eruditione insignis, præteritis non modo illis, sed ipso etiam S. Placidi, scripsit; In Sicilia natale Eutici et aliorum triginta? Nisi forte hic mendum cubet; at vitiosum codicem, Epternacensi ex parte consonum, secutum hic esse Rabanum, magis suspicor.

uti et de Rabano

E

18 Accedit, nullum e veteribus martyrologis esse, qui S. Placidum, de quo quidem agunt hoc die, seu abbatem, seu monachum, seu S. Benedicti discipulum dixerit; nullum, qui Placidum et Eutichium fratres nominarit, aut utcumque indicarit; quod tamen Adoni et Usuardo, si non perpetuum, certe familiare est admodum. Horum omnium exempla utrumque martyrologium vel inspicienti obviam sunt. Hoc ipso die SS. Firmatum et Flavianam Autissiodorenses, fuisse germanos, non siluit Usuardus. At, inquit Ruinartius, S. Placidum Usuardus martyrem dixit, et proin ad illius laudem satis, secundum S. Ambrosii de S. Agnete effatum: Appellabo martyrem, prædicavi satis. Audio: verum unde Ruinartio liquet, Usuardum S. Placido nec abbatis, nec monachi, nec discipuli S. Benedicti titulum propterea adicere voluisse, quod martyrem dixerat? Martyres dixit Usuardus Liberatum ad diem 17 Augusti, Anastasium ad diem 22 Januarii, Sinerum ad diem 23 Februarii, Paulum et Isidorum ad diem 27 Aprilis, Hilarinum ad diem 16 Julii, et alios alibi; sed ita, ut Liberatum præterea abbatem, reliquos vero monachos fuisse, luculente expresserit. Diæt forte alius, non alium tunc temporis notum fuisse præter Placidum, S. Benedicti discipulum, ac proin supervacaneum antiquis martyrologis visum fuisse ullam notam adicere, qua Placidus Benedictinus ab alio distingueretur: ita enim Sollerio, quærenti cur Usuardus

dicendum

F

AUCTORE
J. B.

Usuardus ad diem 15 Januarii S. Macharium S. Antonii discipulum nominavit, nec tamen Maurum Andegavensem S. Benedicti discipulum dixerit, fere respondet Usuardi Pratensis editor; sed æque de Usuardi mente divinat: nam Usuardus præter Attalum et Droctoveum abbates, quorum alter S. Columbani, alter S. Germani discipulus fuerat, nullum norat; utrumque tamen hac nota distinguit; nec id supervacaneum credidit.

nobis apparet.

19 Denique ante sæculum XII, quo ineunte S. Placidi Vitam ac Passionem in Occidentem Constantinopoli allatam ferunt, nemini videtur unquam venisse in mentem, ut memoratum hodie in antiquis Martyrologiis Placidum S. Benedicti discipulum fuisse, affirmaret: nam qui illam monachorum Casinensium rogatu e Græca Latinam fecisse dicitur et expoluisse, Stephanus Aniciensis, laborem suum Casinensibus nuncupans, ad hunc modum loquitur: Nec in nos aliquis vel nimis diligens, vel minus cautus devolvere velit calumniam, quasi senescenti mundo novum Martyrem inducamus. Timet itaque, ne non modo antiqui Martyris novam historiam, sed etiam ne novum Martyrem introduxisse videatur: at serione ab hujusmodi calumnia sibi timere Stephanus potuit, quam profligare nullo negotio poterat, si Martyrologia Hieronymiana, Adoniana, et maxime Usuardina, longe lateque tum temporis pervulgata, Placidum Benedictinum memorare putabantur? Serio tamen locutum fuisse, illius conatus prodit, quo hanc a se calumniam depellere statuit: Cum, inquit, authenticus sit Martyr iste, non rudis, nec novitius, sed antiquus; quod ne gratis dixisse videatur, mox ita prosequitur: Teste Orientali ecclesia, quæ triumphos illius per Gordianum monachum expressos in Græco venerata est ab antiquo, et Justiniano imperatore testante, qui per Sacram imperii, Vigilio Papæ directam, canonizari fecit sancti hujus Martyris Passionem. Sed quorsum attinebat ad Græcorum, et quidem, ut suo loco dicitur, sublestæ fidei monumenta lectorem remittere, quorsum de Latinorum incuria et silentio coram ipsis Casinensibus tantopere conqueri, si inter Latinos seu Occidentales Placidiani saltem martyrii testes tam luculentos habebat?

C § II. Placidus, discipulus S. Benedicti, vere exstitit, cultusque fuit ante sæculum XII, quo ejus Acta primum in lucem protracta fuerunt.

S. Placidum
S. Benedicti
discipulum

Miraris fortasse, lector, dum quæri hic audis, exstititne unquam in rerum natura S. Placidus, Benedicti discipulus; verum mirari id desinet, ubi criticos nonnullos eo severitatis esse proVectos, animadvertitis, ut illum ne hominem quidem, nedum sanctum aut martyrem fuisse, existiment: ita Basnagius censet lib. XXI Hist. Eccles. cap. 4, num. 4, tum quod, ut ait, evidens sit, a sæculo sexto ad duodecimum usque SS. Placidi et Sociorum nomina et martyrium nemini nota fuisse, tum quod Actorum multiplices et supini errores facile arguant, non alium illis fuisse parentem, quam ineptum sæculi XII fabu-

latores qui figmento suo conciliandæ auctoritatis ergo Gordiani, qui e S. Placidi Sociis fuerit, nomen affinxit. Sed neutra ratio Basnagium juvat; primum enim, ne nomen quidem S. Placidi a sæculo sexto ad duodecimum usque innotuisse cuipiam, perinde falso ac inconsulte affirmat: nam Leo Marsicanus, sæculi XI scriptor, Placidum novit, cum de illo lib. I, cap. 4 Casinensis Historiæ ita scripserit: Post hæc a pastoribus repertus (S. Benedictus), et demum a pluribus agnitus, a Romanæ quoque urbis nobilibus frequentatus, duodennum ab Æquitio Maurum, a Tertullo vero patritio Placidum, adhuc puerulum, monastica disciplina instituendos accepit. Quin et Placidi sanctitatem et ad Sæculos missionem idem auctor non ignoravit; nam eodem capite hæc præterea habet: Beatum etiam Placidum discipulum suum vir Domini Benedictus tunc ad Siciliam misit. Opus suum Leo Oderisio abbati Casinensi nuncupavit, anno 1105 e vivis erepto ex Camilli Peregrinii calculo, seu decennio circiter prius, quam S. Placidi Acta in Occidentalium notitiam pervenerunt, anno ætatis suæ quinto, ut quidem scribit Petrus diaconus apud Octavianum Cajetanum sequenti § citandus, quem tamen illorum inventorem Basnagius putat.

21 Sæculo IX Bertarius abbas Casinensis idemque martyr, fuit; meministis Placidi in carmine de Vita S. Benedicti his verbis:

Assiduam Placidus dum ferret gurgitis undam,

Obsequiis sanctis hunc tulit unda fluens.
Pergito, Maure celer, Pater illico providus inquit,

Jam trahit unda laci præcipitem Puerum.
Jussa ferens, properat super undas, atque recurrit

Erepto Puer, seu per humum gradiens. Ante Bertarium jam pridem Placidi meminerat etiam Gregorius Magnus in Vita S. Benedicti, sæculi VII initio e vivis ereptus; primum lib. II Dialog., cap. 3, ubi hæc legere est: Tunc quoque bonæ spei suas soboles Æquitius Maurum, Tertullus vero patricius Placidum tradidit: e quibus Maurus junior cum bonis polleret moribus, magistri adjutor cœpit existere, Placidus vero puerilis adhuc indolis gerebat annos. Tum cap. 3, ubi hæc habet: Quos blande consolatos dimisit, et nocte eadem cum parvo puerulo, nomine Placido, cujus superius memoriam feci, ejusdem montis rupem ascendit, ibique diutius oravit. Et rursum cap. 7, quo de Placido submersiois periculo prodigiose erepto agit. Ex quibus manifesto efficitur, falsum esse Basnagium, dum Placido, S. Benedicti discipulo, ne locum quidem inter homines reliquit, et vel ipsius nomen ad sæculum usque duodecimum omnibus ignotum fuisse; quod quidem ex paulo post dicendis uberius confirmabitur.

22 Porro nec altera, ut dixi, ratio Basnagium juvat. Sint Acta S. Placidi erroribus inquinata quantumvis enormibus; auctorem habeant quantumvis ineptum, fabulosum, recentem: ergo quidquid huic libet fingere, de homine commentitio fingit, et ne nomine quidem tenus noto. Quid istud consequentiæ? Vixisse aliquando Placidum, et sæculis XI, IX et VII notum fuisse, ex dictis liquet; neque fieri semper solet, ut, qui fabulas fingunt, commentitios homines fabularum argumentum faciant. Stephanus Aniciensis, num. 19 laudatus, calumniam timuit, ne novum orbi Martyrem obrussisse diceretur; novum,

omnino inco-
gnitum fuisse

ante sæc. XII

F

omnino inco-
gnitum fuisse

ACTORE
J. B.

A inquam, Martyrem, non hominem, qui numquam in vivis fuisset. Simeon presbyter, qui, ut quidem apud Cajetanum tom. I de Vitis Sanctorum Siculorum pag. 483 Petrus diaconus refert, anno 1115 S. Placidi Passionem Salernum attulit, a Joanne, S. Laurentii præposito, veteratoris Constantinopolitani nomen tulit; non quod Joanni S. Placidus esset plane incognitus, sed quod Simeon multa de S. Placido, multa de illius Passione, Gordiani, ut aiebat, manu exarata, et apud majores suos hactenus servata, dixisset, quæ prudenti viro non poterant in falsi suspicionem non venire. Apud eundem Cajetanum pag. 484 narratio textitur, qua anno 1266 duobus sellariis Messanensibus S. Placidus apparuisse, et S. Placidi nomen, ne Messanæ quidem, ubi passus fuit ac sepultus, ad id usque tempus auditum fuisse dicitur; sed hanc legisse sufficit, ut velut fide indignam respuas, et ad risum commovendum magis, quam ad persuadendum accommodatam dicas.

Basnagius

23 En illam: Anno a Partu Virginis MCLXVI, postquam Carolus rex Siciliae regnum occupavit, B. Placidus, S. Benedicti indutus habitum, Messanæ in vico sellariorum, Raymundo et Florello sellariis apparuit, jussitque festum sibi diem, ad id usque tempus inusitatum, omnino celebrarent. Haud abnuere illi; sed quoniam inauditum adhuc fuerat Placidi nomen, nedum institutum hominis, atque res gestæ, quæsierunt, ostenderetur sibi figura corporis, planumque fieret, quid ipse tandem gessisset. Profert ille confestim librum, in quo ipsius Vita conscripta erat. Jubet, populum ne historiam celent: suam vero effligem hoc modo reliquit. Primario in templo, præsentibus iisdem sellariis, itemque presbytero Jacobo, et Serisergio aditus, pictorem, qui et ipse aderat, effingere imaginem jubet, seque ipsum exemplum inspicere. Monachum exprimit pictor, Mox ad eum conversus, rogaturus, verane esset effliges, nec ne, ediceret, monachum videt nullum, abierat ille, quamvis essent occlusæ fores. Hæc narrationis series, quo fonte proflexerit, dein Cajetanus his verbis exponit: Rem ipsam ita se ab ipso Florello, avo suo, accepisse, in Placidi festo die pro concione sæpedit Raymundus Doctor et Prior conventus Prædicatorum. Sed historiam hanc totam Placidus Campulus, in S. Placidi monasterio monachus, legisse se refert in libro Sodalitatis S. Placidi, qui Messanæ in templo maximo servabatur. Tum addit: Id facit ad veritatem historiae, quod, Saracenis dominantibus, memoria Passionis coli desierit, recuperata vero Sicilia, diu adhuc festum non celebraretur, quare in Officio S. Placidi, occasione ejus miraculi instituto, in quodam Responsorio dicitur:

Vera Dei pietas, cui militat ordo vel ætas,
Exhilet mentes, Placidi nova festa colentes.

perperam contendit:

24 Audiamus tamen, quid Basnagius inde conficiat. Primum descriptam modo apparitionem pro fabula habet; jure an injuria hic quidem mihi sus deque est. At vero præterea, S. Placidum anno 1266 Messanensibus non modo non notum fuisse, sed perenni etiam oblivione involvendum, nisi tunc Raymundo et Florello sellariis apparuisset. Mirum profecto, Basnagium (hominem adeo lynceum, ut, quid de Placido futurum fuisset, nisi anno 1266 sellariis se manifestasset, perspexerit) alteram unius ejusdemque narrationis partem, quæ S. Placidi apparitionem complectitur ut fabulosam; alteram contra, qua nimirum Sancti nomen,

nedum institutum, gestaque supra dicto anno inaudita fuisse dicuntur, ut certam habuisse, quasi et hanc in dubium aut falsi crimen vocare nescas foret. Cajetanus equidem verbis supra citatis S. Placidi cultum apud Messanenses, Saracenorum jugo oppressos, desisse fatetur: at memoriam illius anno 1266 nullam fuisse, non dicit. Dicunt alii, prædictam S. Placidi apparitionem in causa fuisse, cur primum cultus illi sacer exhiberi cæperit, quod si ita, ut aiunt, revera se habet, levi nimirum sane de causa id contigisse, nemo, ut reor, diffitebitur: at longe sese aliter habet. Fac enim tantisper, apparitionem illam sæculo XIII ad eum, quo ferunt, modum accidisse, ac tum festum diem S. Placido apud Messanenses constitutum, quid ni fuerit ista apparitio Placidiani cultus postliminio restituti occasio, non primum instituti ratio? Nul- lum dices, antiquioris cultus vestigium exstat. Atqui contrarium jam ostendo.

25 Verba Leonis Marsicani, qui ante allatam, ut aiunt, in Occidentem S. Placidi Passionem scripsit sæculo XI, num. 20 dedi, quibus ille Placidum Beati titulo insignivit, ejusque in Siciliam missionem memoravit. Ruinartius § in Apologia pro S. Placido Breviarii Casinensis, sub Oderisio E hujus nominis I Casinensi abbate, seu sæculo XI scripti, mentionem facit, atque illi Litanias insertas, in quibus S. Placidus una cum S. Benedicto, ac altero hujus discipulo S. Mauro invocatur: porro consuli illud posse apud PP. Oratorii Luitæ via S. Honorati, habet cap. 4, § 1 Apologia pro S. Mauri in Gallias missione. Alteras præterea Litanias idem auctor ibidem citat, a Cardinali Bona in Appendice Rerum Liturgicarum editas ex codice Ms. Cardinalis Chisii, olim vero Monasterii S. Vincentii Ordinis S. Benedicti, haud procul Vulturni fluminis fonte siti, una cum fragmento Missæ, haud absimilis illi, quam Mathias Illyricus in medium protulit. Quinque dumtaxat e monachorum et eremitarum classe in illis Sancti nominatim invocantur hoc ordine: S. Benedicti, S. Maure, S. Placide, S. Severine, S. Romane. Codicis scripti epocham sæculo X vel initio XI Cardinalis Bona affixit: Eiusdem ævi, inquit lib. 1, cap. 12, num. 4, decimi nimirum sæculi, est codex Chisius, nam characterem Longobardicum, quoscriptus est, in fine ejus sæculi desisse viri periti a me consulti asseverant. Idem colligitur, ex Sanctis, qui prima parte libelli in Litanis recensentur, nam cum omnes sancti monachi singillatim invocentur, non tamen illi, qui circa annum millesimum et deinceps floruerunt. Notæ quoque musicales, quibus in ordine Missæ prænotantur «Gloria in excelsis» et «Dominus vobiscum» illæ sunt, quæ in usu erant ante Guidonem Aretinum, qui, ut Sigebertus in Chronico scribit, sub annum 1028 floruit.

sed non modo notum

F

26 Adhæc in Vaticanae basilicæ Bibliotheca ante seculum XII fuisse, sed etiam Litanias asservantur, in quibus, teste Mabillonio tom. I Itineris italici pag. 144, pro Sabbato sancto quidam Sancti invocantur hoc modo: Sancte Gregorie, sancte Augustine, sancte Ambrosie, sancte Hieronyme, sancte Bede, sancte Antonie, sancte Paule, sancte Basilie, sancte Benedicte, sancte Maure, sancte Placide. Ex casibus vocativis, in iis hic terminatis, arguit Ruinartius, Litanias illas jam ante sæculum nonum fuisse exaratas. Cur ita sentiat, cap. 4, § 1 Apologia pro Missione S. Mauri in Gallias aperit: nam, inquit, a Caroli Magni ætate non is fuit nominum propriorum Vocativos exprimentis usus: exstant Caroli Litanias tom. II Analectorum: exstant

ante seculum XII fuisse, sed etiam

LECTORE
J. B.

stant item *Litanie Caroli Calvi in Bibliotheca Colbertina*: at pauca in illis nomina sic terminantur, in his nulla. His addo prolixas *Litanias ab Aleuino, Caroli Magni præceptore*, compositas, in quibus pariter nullum nomen eo modo terminatum occurrit. Idem in *Litanis Corbeiensibus*, quas alias Menardus in *Observationibus in lib. Sacramentorum S. Gregorii Papæ pag. 156*, alias Meibomius tom. I *Rerum Germanicarum pag. 762* exhibet, videre est. Quæ quanquam ita se habeant, tanta tamen harum *Litaniarum* antiquitas mihi indubitata non est, partim quidem ob *Mabillonianum loquendi modum*, partim vero etiam ob non ita jam inde a sæculo nono ubique oblitteratum hujusmodi terminationum usum, quin et in *Litanis* multo serius scriptis interdum adhibitus reperitur.

cultu sacro
affectum

27 Quidam, inquit *Mabillonius*, Sancti invocantur hoc modo: Sancte Gregorie, sancte Ambrosie, sancte Antonie, sancte Basilie. Cum præterea legis: Sancte Augustine, sancte Hieronymo etc., nihil inusitatum, nihil singulare et observatione dignum legis: id igitur indicare voluisse *Mabillonius* videtur, quorundam tantum Sanctorum nomina in *Litanis* istis Vaticanis occurrere, quorum Vocativi casus recentiore loquendi scribendique more in i desinant; at in illis recepto ante sæculum nonum more in e terminentur: quamquam nomina non desint in iisdem ejusdem generis alia, quæ in i consueto more terminentur. Jam vero Operum Venerabilis ac Eminentissimi S. R. E. Cardinalis Thomasi, a Blanchinio editorum tom. I, par. 2, pag. 476, *Litanie* habentur ex codice in eodem Vaticano sæculi x desumptæ, in quibus legere est: S. Ylarie, S. Blassie; uti et: S. Corneli, S. Laurenti etc. Porro etsi codici sæculi x inserta sint, sunt tamen eo sæculo recentiores: quippe in quibus S. Dominicus Calciatensis, ut ibidem adnotatur, invocetur, qui sæculo xi aut xii floruit, qua de re vide tom. III *Maii pag. 167*. Ut adeo Vocativorum aliquot in i terminatio indubitato nequeat esse indicio, *Litanias*, in quibus reperitur, ante sæculum ix fuisse conscriptas: at quia frequentiores saltem sunt hujusmodi terminationes in *Litanis* a *Ruinartio* et *Mabillio* num. superiore laudatis, verum fortassis est, quod de earum antiquitate *Ruinartius* iudicium tulit.

monumenta
varia

28 Edidit *Muratorius* tom. VII *Scriptorum Rerum Italicarum* a col. 935 *Excerpta* quedam ex antiquo *Casinensis ecclesie Martyrologio*, in quibus hæc leguntur: in Non. Oct. Apud Siciliam, natale S. Placidi beatissimi martyris cum sociis suis Eutichio, Victorino, et aliis triginta Placidum S. Benedicti discipulum hic memorari, ostendunt, quæ illic præterea sequuntur: Pro quo pater ejus Tertullus patricius decem et octo patrimonii sui curtes beatissimo P. Benedicto obtulit. Teste *Erasmio Gattola*, *Casinensis archivi custode*, part. 2 *Accessionum ad Historiam Casinensem pag. 824* litteris Longobardicis id exaratum fuit, abbas *Desiderii* (alias *Victoris Papæ III*) jussu, de quo *Petrus diaconus cap. 63, lib. III Chronici Casinensis*, tom. IV *Scriptorum Rerum Italicarum* inserti, scribit: Codices namque nonnullos in hoc loco describi præcepit, quorum nomina hæc sunt: nimirum inter alia plura, Sacramentorum cum *Martyrologio*. Accessisse huic *Martyrologio* sive ad marginem, sive calcem foliorum, Sanctorum nomina idem *Gattola* tradit, qui ab antiquis recentiora loco citato distinxit, ne sua codici periret antiquitas: sed citata de S. Pla-

cido verba, velut prima manu exarata, reliquit intacta. Vidit eundem *Casini* anno 1685 *Mabillonius*, et tom. I, pag. 125 *Musei Italici* hanc illius mentionem fecit: In vetusto *Calendario Casinensi*, quod annos sexcentos præfert, hæc adscripta sunt aureis partim litteris. Tum recitatis supra *Martyrologii* seu *Calendarii* verbis subdit: Hæc primaria manu, sed « Octavæ S. Placidi, » minus antiqua. Durus sit, qui viro eruditissimo et oculato testi hic fidem denegat.

29 Atque hæc quidem monumenta sunt magis ostendunt; probata, unde, ante protracta in lucem sæculo primo xii S. Placidi Acta, ejusdem apud homines memoriam viguisse, conficitur: ejus missionem in Siciliam *Leo Marsicanus*, cultum *Litanie* num. 23 citat, martyrium denique codex *Casinensis* mox laudatus non obscure testatur. Ajciet his *Ruinartius Litanias*, quas Pontificale Romanum, in *Bibliotheca regia servatum*, habet: antiquum id vocat, at nec illius, nec *Litaniarum* etatem prodit, solumque ait, SS. Benedictum, Maurum, et Placidum continua serie in illis invocari, prout etiam in *Litanis* e *Cardinali Bona* allatis fieri vidimus. Sumpsit mihi, in his monumentis ubique agi de Placido, S. Benedicti discipulo, quem quidem *Leo Marsicanus* ac *Casinensis codex* non obscure designant. Sed neque de alio quopiam in citatis *Litanis* agi, propterea judico, quod S. Benedicto, magistro suo, et S. Mauro condiscipulo proxime Placidus subjiciatur: neque enim fortuito id contigisse videtur, sed consulto, ne ejusdem instituti monachi, et erecta olim necessitudine conjuncti, aut a se mutuo, aut a communi magistro discipuli se jungerentur. Hinc S. Placidus, etsi martyr, inter sanctos monachos ac eremitas in illis verosimillime relatus est. Coarcti quoque S. Benedicto fuere reliqui sancti monachi, qui in *Litanis* e *Cardinali Bona* citatis post S. Placidum nominatim invocantur, nempe SS. *Secerinus* et *Romanus* (quorum ille abbas *Aganensis* anno 507 obiit, hic vero S. Benedicti nutritus fuit quantum quidem conjicere fas est) ut adeo *Maurus* quoque et *Placidus* in illis pariter memorati. *Benedicto* æquales fuisse, ac ad illum peculiari quadam etiam ratione pertinuisse videntur, sicut et *Scholastica*, S. Benedicti soror, mox post monachos primo inter sanctas virgines loco memorata.

F
missis monu-
mentis aliis,

30 Adducere hic nolim ad confirmandum antiquum S. Placidi Benedictini cultum *Litanias*, quas e *Bibliotheca Casinensi* eruit, ediditque *Arnoldus Wion lib. v Ligni Vitæ* a pag. 620; licet in illis pariter SS. *Benedictus*, *Maurus* et *Placidus* textum non interrupto in eo cœnentur: has ille characterem Longobardico exaratas ait, quod quidem non inficior: at, quæd addit, per *Gregorium Magnum*, grassante in Urbe gravi pestilentia, qua etiam *Pelagius Papa*, *Gregorii decessor*, exstinctus fuerat, sub finem sæculi sexti fuisse ordinatas nescio, quo vade affirmet. Inserta illis *Litanis* SS. *Gregorii*, *Isidori* et *Columbani* nomina, qui, vergente ad finem sæculo sexto, nondum e vivis abierant, recentiorum earum etatem arguunt. Leguntur in illis præterea, quæ sequuntur: Ut Congregationem nostram in sancta religione conservare digneris. Verum quis hic, non Pontificis, sed monachi potius, loquelam non agnoscat? Quod si cum *Wione* quispiam adstruat, interpolatorum hæc esse additamenta; quæro, unde liqueat, reliquum *Litaniarum* textum ab interpolatione intactum permansisse, nec e monachis *Casinensibus* unum aliquem fuisse, qui illis S. Placidi nomen

pro

A pro sua in hunc pietate, etiam post allatam, ut aiunt, in Occidentem S. Placidi Passionem, addiderit? Nec obstat Longobardicus Litaniarum character; quippe qui saeculo etiam XII Casinensibus in usu fuit, teste Joanne Baptista Maro in caput 47 Petri Diaconi Casinensis de Viris illustribus Casinensibus, ubi sic habet: Item (exaravit Petrus diaconus) Regestum pervetustum sign. num. 86 characteribus Longobardicis in membranis scriptum ex mandato Senioretti abbatis etc.: hic vero ab anno 1127 ad annum 1137 Casinensibus praefuit.

de quorum
antiquitate

31 Neque Petri Damiani, qui saeculo XI scripsit, hic utar testimonio, quamquam de illo Arnoldus Wion lib. III Ligni Vitae ad diem 5 Octobris ad hunc modum loquatur: In eadem libraria (Casinensi) pulpito septimo reperiuntur nonnulli versus heroici de eodem Sancto (Placido), qui ex inscriptione videntur esse Petri Damiani. Hujus, inquam, hic mentionem non fecero, tum quod versus illos ipsemet Wion Petro Damiani dubitanter adscribit; tum quod hujus Opera opere collegerit, typisque ediderit Constantinus, monachus S. Nicolai de Arena Catanensis, Congregationis Casinensis Ordinis S. Benedicti, nec tamen in his praedicti versus locum habeant usquam. Asseverantius quidem de Theodino paulo ante haec scripserat Wion: D. Theodinus monachus in ejusdem Martyris (Placidi) solemnitate alios duos Sermones ad fratres habuit, et primi quidem initium est: «Hodierni diei» alterius vero: «Praesentis festi memoria» qui omnes reperiuntur Ms. in Bibliotheca Casinensi, et in libello quodam cameræ R. P. Abbatis deputato.

B At quis hic Theodinus fuerit, quo tempore istos de S. Placido ad fratres sermones habuerit, tacuit Wion. In Casinensium abbatum Catalogo apud Erasmusum Gattola ad calcem Casinensis Historiae pag. 931 bini hujus nominis Casinenses abbates occurrunt, quorum prior anno 1166, posterior inter annos 1251 et 1263 Casinensibus praefuit: at cum Wion de Theodino monacho sermo sit, de neutro intelligendus videtur. Tertius in Catalogo Monachorum Casinensium dignitate illustrium ibid. pag. 935 occurrit; qui sub annum 1061 ab Alexandro II Pontifice e monacho Casinensi ad S. R. E. purpuram euectus, ut refert Chronicum Casinense lib. III, cap. 26; atque idem videtur, qui Theodinus a Wione memoratus, licet Theodinus ibidem appelletur. Certe ita etiam sensit Ciaconius lib. I Historiae Pontificum Romanorum ad annum 1061 de Theodino Cardinali, praeter alia, scribens: Scripsit, ut refert Wion, sermones de S. Placido.

minus nobis
constat.

32 Ex quibus, si vera Wion scribit, duo intelligimus, alterum, sermones illos ad fratres de S. Placido verosimillime habuisse Theodinum, priusquam ab Alexandro II, qui ab anno 1061 ad annum usque 1073 Pontificatum protulit, Romana purpura donaretur: alterum vero, jam tum Casinensibus in usu fuisse, ut S. Placidi memoriam quotannis festa solemnitate recolerent; atque adeo hinc etiam efficitur, primam S. Placidi notitiam Actis Graecis, saeculo XII in Occidentem primum allatis, non deberi. Tres praeterea Hymnos Mss. ex Breviario quodam membranaceo caenobii S. Zenonis Veronae descriptos, et in S. Placidi Sociorumque laudem compositos, idem auctor exhibet; at nihil de illorum aetate lectorem monuit. Raynaldus, Casinensis abbas, trium pariter Hymnorum in laudem S. Placidi, ut idem Wion refert, auctor, anno dumtaxat 1137 Casi-

nensis caenobii praefecturam accepit. Denique praeteriri hoc loco non possent, quas laudat Wion, Siculorum ad S. Benedictum, et Gordiani altera ad S. Maurum, altera ad Vigilium Papam, aliisque generis ejusdem Epistolae; modo de illarum sinceritate constaret: verum de his infra; quae enim hoc § dicta sunt, per se sufficiunt, tum ut refutentur ii, qui S. Placidum, nec in vivis quidem umquam fuisse, nec prius in Ecclesia cognitum, quam protrahi in lucem Acta ejus Graeca ceperint, contendunt; tum etiam, ut sacrum quaecumque cultum ante saeculum duodecimum S. Placidus obtinuisse, saltem in Italia, ostendatur. Itaque ad ejus Acta progredior.

AUCTORE
J. B.

§ III. Acta S. Placidi multiplicia, sed omnia sublestae fidei.

Sancti Placidi martyris Benedictini res gestae ac passionem posteritati plures transcripsisse feruntur, nimirum Gordianus monachus, Petrus Diaconus Casinensis, et Stephanus Anciensiensis, de quibus Arnoldus Wion lib. III Ligni vitae in Annotatis ad diem 5 Octobris in hunc modum loquitur: Passionem (S. Placidi et Sociorum) scripsit, imperatore Justiniano jubente, duplici stylo, Graeco videlicet et Latino, Gordianus monachus: Latinam adferunt Lippomanus tom. IV, et Surius tom. V hac die: Graeca vero, in Latinum conversa, extat Ms. in caenobio montis Casini tali exordio: «In claro et renitenti triumpho» quae est apud Surium tom. VII. Secundo loco eam composuit D. Stephanus, Anciensiensis episcopus, quam vidi Ms. ibidem sic incipientem, «Sub S. Spiritus disciplina.» Tertiam itidem reperi sub nomine Petri diaconi, quam se composuisse idem Petrus fatetur lib. IV, cap. 68 (alias 66) quae sic incipiebat: «Gymnosophistarum mos.» Anno 1686 Casinensem Bibliothecam Mabillonius quoque lustravit, is tom. I Itineris Italici pag. 123 eadem de re haec habet: De vita S. Placidi apud Casinum diligenter inquisivimus, et de Vita S. Mauri. Triplex ibi reperta beati Placidi Vita: una jam vulgata (a Surio Trimestri IV a pag. 63, et recusa in Actis Sanctorum Benedictinorum Saec. I a pag. 43) sub nomine Gordiani, antiqua: altera per Petrum diaconum ac monachum Casinensem, ad Gregorium praesulem: tertia per Stephanum Anciensem. Utraque inedita (non viderat forte Mabillonius Octavii Cojetani Opus de Sanctis Siculis anno 1657 Panormi impressum) et ex Graeco (sic isti auctores aiunt) translata. Primae Vitae folia ante annos septingentos descripta ad compingendos alios codices detracta invenimus.

Acta S. Placidi multiplicia:

E

F

33 Gordianum una cum S. Placido Casini monachum egisse, ac inde in Siciliam abeunti comitem adhaesisse, quin et illius martyrii spectatorem fuisse, Acta ipsa, quae Gordiani nomine venditantur, expresse perhibent: magni proinde faciendi essent Acta a tali auctore conscripta, si modo et haec vere dicerentur, et Acta ipsa ad nos sincera pervenissent. Sed neque fundate satis Acta ulla S. Placidi Gordianus scripsisse dicitur, neque, si scripserit, ad nos integra pervenerunt. Falsum primo apparet, quod Wion ait, Gordianum Acta S. Placidi Graece et Latine scripsisse: Graece quidem id illum praestitisse, habent Acta Latina, tum quorum exordium est, In claro et renitenti triumpho,

Graeca Gordianus

ACTORE
J. B.

triumpho, tum quæ Stephanus Aniciensis exarasse dicitur; contra de Actis Latinis, a Gordiano conscriptis, nulla ibidem mentio; neque Wion quemquam dicti sui testem facit. Græce porro Gordianum S. Placidi res gestas explicasse, dixit Stephanus Aniciensis in sua ad Casinenses Epistola a Cajetano tom. I de Sanctis Siculis pag. 172 et seq. excusa: idem Petrus diaconus Casinensis in Prologo ad Vitam S. Placidi tom. VI Scriptorum veterum apud Martene col. 787; et post hos alii plures affirmarunt: sed neque Petrus Casinensis diaconus, neque Stephanus Aniciensis ante sæculum XII scribere, ac proin recenter nimis uterque scripsit, ut Vitam S. Placidi a Gordiano Græce conscriptam fuisse, quod omnis antiquitas tacuit, fateri nos cogant.

scripsisse perperam creditus fuit

* inidonei

36 At, inquit, Vitam S. Placidi Græcam a Gordiano conscriptam uterque præ manibus habuit, ac Latinam fecit: ita enim Stephanus Aniciensis in Prologo: Quapropter etiam nos ad hoc Opus idonei minusque digni, ne magnalia Dei nostri suppressisse silentio velut ex invidia videamur, exactoria prece sanctorum, qui Deo in cœnobio militant Casinensi, B. Placidi monachi simul ac martyris Passionem, Deo favente, suscepimus describendam, quam a Gordiano, patris Benedicti discipulo, et ejusdem Martyris socio, Græce et minus fere in Latinum translata, eo styli genere prosequamur, ut etc.: Ita etiam Petrus num. superiore citatus: Nam cum ab ipsis B. Benedicti temporibus in Casinensi gymnasio sapientes quam plurimi fuerint, istius (S. Placidi) Passio (a Gordiano, ut paulo ante dixerat, descripta) de Græco in Latinum translata fuisset, hocque omnipotens Deus per nos tempore vestro implere dignatus est. Sic habet: Vitam S. Placidi a Gordiano conscriptam fuisse Græco sermone, auctores illi crediderunt; sed facili nimis, ut ex allata in Occidentem S. Placidi Passionis, et Gordiano adscriptæ historia in primis ostenditur. Contigit illa Petri ætate, ac, teste quidem ipso Petro apud Octavium Cajetanum tom. I de Sanctis Siculis pag. 183, ita fere habet.

a nonnullis ex Simeonis cujusdam,

36 Fluebat annus sæculi duodecimi decimus quintus, ætatis vero Petri quintus, cum S. Placidi Acta hactenus ignota ab ignoto pariter homine in Italiam allata fuere: Græcus is erat, nomine Simeon, conditione presbyter. Constantinopoli Siciliam, inde Salernum Picentinorum metropolim adiit, annum jam agens, si credere lubet, centesimum decimum. Munus secum detulerat, quod sane gratum Benedictinis fore existimabat, Passionem scilicet S. Placidi, Gordiani manu exaratam. Itaque cum ad Salernitanum S. Laurentii monasterium divertisset, nonnulla hic senex memorare de miraculis S. Placidi et passione cepit, quibus ut fidem faceret, S. Placidi Acta a Gordiano scripta exhibebat, eaque post S. Placidi obitum majoribus suis, apud quos Constantinopoli hospitatus fuerat, reliquisse Gordianum, affirmabat. Effluerant a S. Placidi martyrio anni jam forte 374; et nova quædam, nec prius audita, de S. Placido Simeon referebat; mirum quoque videbatur Benedictinis, Passionem S. Placidi, qui in Sicilia passus fuisset, Constantinopoli scriptam, ac inde post tot annorum spatium in Italiam demum allatam: unde ne sic quidem dictis suis fidem fecit. Igitur cum talibus dictis (Petrus diaconus audis) nullus præberet assensum, senex ille Simeon in lacrymas resolutus, lignum Crucis tangens dixit: Per istam sacratam Domini Crucem, et per sacrosanctam imaginem Salvatoris, quæ ibi

depicta est, quia hæc, quæ locutus sum ad vos de B. Placido martyre, vera sunt, et hanc Cartam, quam de martyrio ipsius et Sociorum ejus in manibus teneo, Gordianus famulus ejus descripsit, et in domo parentum meorum reliquit, juxta relationem eorum. Sic demum apud aliquos fidem Græcus invenit, non apud Joannem, S. Laurentii Præpositum, qui, ut idem Petrus refert, Passionem illam Casinum ferre constanter renuit, dicens, illum delusorem Constantinopolitanum esse.

37 Aderat præterea et alter quidam monachus, Joannes dictus, monasterii Capuani, qui, licet hominis Græci dicta primum suspecta habuisse videatur, deinde tamen, sive Simeonis rogatu, sive quod fidem deinde aliquam illius dictis adjecisset, Acta illa Græca Casinum mitti curavit ad Raynaldum, cujus denique hortatu jussuque eadem se Latino sermone donasse, ipse Petrus scribit loco apud Octavium Cajetanum supra laudato. Verosimile admodum sit, nec Casini defuisse, qui Acta illa, Gordiani nomine palliata, habuerint pro fabula, vel certe suppositionis falsique suspecta, quos inter et ipse Petrus numerandum videtur: quippe in Prologo quidem ad Vitam S. Placidi, quam anno ætatis suæ vigesimo tertio Latine exaravit, Gordianum eorum auctorem esse, diserte affirmat; at in libro de Viris illustribus Casinensibus, quem ætate grandior scripsit, ne verbum quidem de Gordiano occurrit, licet Faustum, alterum S. Benedicti discipulum, et Vitæ S. Mauri, ut ait, scriptorem, Casinensibus scriptoribus, quos eo libro ex instituto prosequitur, inserere nequam neglexerit; idem procul dubio Gordiano facturum, si Acta illa Græca, quæ alias ipsemet Gordiano adscripserat, vere a Gordiano conscripta fuisse, tum temporis existimasset.

38 Quod si Petrus a priori sua opinione postmodum desciverit, nã id ille juste recteque fecit. Viderit enim Actis illis errores contineri graves sane nimis atque multiplices, quam ut a Gordiano committi potuerint, ut suis locis liquido apparebit. De illis nimirum erroribus loquor, qui Actis tum a Petro, ut voluit, interpolatis, tum a Stephano Aniciensis Latine versis, communes sunt, et quibus proinde Acta Græca, Gordiano afficta, inquinata fuisse oportet. Acta illa a Gordiano scripta fuisse, sola Simeonis suadebat auctoritas: at hunc narrationi suæ nonnulla, quæ si non aperte falsa, suspecta equidem sunt admodum ac parum verisimilia, inseruisse perspexerit. Hujusmodi est, quod de Gordiano, paulo post Placidi martyrium Constantinopolim profecto, ait. Itineris hujus causas offerunt Acta a Mabillonio edita num. 91. tum quod Gordianus, martyrum corporibus sepulturæ traditis, quid faceret, vel quid diceret, nesciebat; tum quod nimia in Italiam redeunti discrimina imminerent. Si Gordiano apud Siculos nihil negotii reliquum erat, quid, quæso, cause fuit, cur Constantinopolim irerit? S. Benedicto, etiam tum in vivis superstiti, nomen dederat, obedientiamque debebat: licuitne Gordiano, illo inconsulto, regiones transmarinas adire, solique, qua vellet, vagari iis in regionibus, in quibus nulla erat Benedictinorum colonia, nullus alumnus? Morari sallem S. Benedicti jussa debuisset, aut certe eodem, unde venerat, Casinum redire. At terruerunt hominem viæ pericula; illum ipsum scilicet, quem varia discrimina et infinitarum undarum certamina (sic alibi Gordianus ipse ad Vigilium Papam scripsisse fingitur) ab arripiendo itinere Constantinopolitano non deterruerunt.

A 59 Præterea quomodo verum est, Gordiano apud Siculos non fuisse, quod ageret? Repentina fuit Messanæ invasio, brevenque illic a Placidi nece moram traxere Saraceni, ut Acta laudata habent; imo quinto post S. Placidi martyrium die Messana solventes in medio Phari naufragio perierunt. Villæ vero Benedictinæ dispersæ erant per omnem Siciliam multæ, ut quidem aiunt. Num propter destructionem unius forte monasterii Messanensis nulla erat habenda Gordiano tot villarum prædiorumque adhuc intactorum ratio? Non deerant igitur possessiones plurimæ, quibus conservandis operam daret: poterat colonos dispersos colligere, poterat resarcire quassata, atque hujus generis alia non pauca moliri. Neque ignorabat, paucos ante annos S. Placidum in Siciliam missum fuisse, ut illas alienis manibus eriperet, ac monasterio Casinensi, ejus erant, vindicaret; atque adeo probe norat, ab officio suo abesse longissime, bona illa idoneo præsidio destituta deserere, et alieni appetentium cupiditati objicere. Adhæc fingamus tantisper, Gordianum S. Placidi Acta Constantinopoli concinnasse. Fertur ille in Siciliam rediisse et Syracusis mortuus. Quis sibi facile persuadeat, Gordianum illic redituum ne exemplar quidem Actorum a se scriptorum suæ addidisse sarcinulæ; aut illic jam reuersum scripto altero tum Ordini suo, tum Occidentalibus ceteris non exposuisse, quæ viderat? aut ne id faceret, per suos licuisse?

40 Potuisset quidem huic labori Gordianus parere, si, quod fingere nonnullis placuit, Acta illa per Orientis Justinianus, per Occidentis ecclesias Vigilii Papa longe lateque dispersisset. Sed frustra fabulis fabule accumulatur: id enim si ita se habuisset, enim vero aliquod saltem eorum exemplar alicubi in Occidente conservatum fuisset; aliquis saltem ex antiquis scriptoribus, maxime Benedictinis, nonnullam illorum mentionem alicubi iniecit, neque, postquam annos latuissent circiter 374, e Constantinopolitanis latebris subito ac præter omnium expectationem erumpere debuissent: at in Romanis Bibliothecis, in Benedictinis archiuis, aut in Occidentalium ecclesiarum scriniis custodiri, indeque, si qua illorum obrepsisset obliuio, in lucem protrahi. Benedictini euidem magno illa plausu excepissent, et alicubi saltem, ubi minus calamitatum, quam in Sicilia, passi sunt, velut auro pretiosiora conseruarent. Neque predictis figmentis a Litteris tum Gordiano, tum Justiniano imperatori et Vigilii Papæ affectis, et Chronico Casinensi, Parisiis studio et opera Jacobi du Breul, monachi S. Germani a Pratis, anno 1605 Ambrosii et Hieronymi Drouart typis edito, subjectis pondus ullum accedit; ita videlicet imperite confectis, ut fidem nihilo majorem, quam ipsamet Acta mereantur, ut facile credit, quisquis legerit pauca, quæ inde subnectimus.

41 Primum personatus ille Gordianus causas Vigilii Papæ exponens, quibus se ad scribenda S. Placidi Acta impulsus ait, præter alias, Justiniani imperatoris jussum his verbis allegat: Accedebat ad hoc, quod diuus triumphatur augustus Justinianus Aeneada jam dicti nepotis sui Placidi Passionem exarare sauxerat, gliscens ardore insatiabili examussim ejus Acta cruciatque agnoscere. Aeneada titulus Justiniano in Actis quoque tributur num. 3. Sed hunc nec a Justiniano, nec a quouam imperatorum adscitum fuisse unquam, ac porro ridiculum esse, fatetur Mabillonius in suis ad Acta Observationibus. Tomus Octobris III.

Placidum vero Justiniani nepotem fuisse, purum commentum est, ut § sequenti dicitur: Tum non modo S. Placidi ortum, gesta, ac martyrium literis se consignasse ait; sed addidisse his etiam, quæ in S. Placidi Messanensi cænobio ab illius obitu contigerunt: Adjungentes ea, inquit, quæ post Passionem in jam dicto evenere cænobio. Quo loco in Actis num. 90 Vigilii Papæ successores 49, quot certe Gordianus videre non potuit, oblatas a Tertullo in Sicilia S. Benedicto possessiones confirmasse dicuntur. Præterea sub finem Epistolæ ait: Denique Opus istud, quod triumphatoris invicti Justiniani jussu cuderam, sanctissimo Eutitio patriarchæ novæ Romæ Constantinopoleos ostendi in secretariis Majoris ecclesiæ, dum synodum civ. episcoporum una vobiscum jussu domini nostri Justiniani perpetui augusti celebraret. At ex collatione 2 concilii Constantinopolitani secundi liquet, Vigilium concilio isti interesse, licet tum ibi moraretur, constanter renuisse; episcopos autem ad id convenisse centum sexaginta quinque, ait Zonaras in Vita Justiniani. Denique scriptam ait Epistolam anno 27 Justiniani, consulatu Basilii et Belisarii anno XII. Signare debuerat annum Justiniani vigesimum septimum, post consulatum Basilii duodecimum: consulatum enim inii Belisarius anno 535; Basilii vero 541, ut adeo annus duodecimus utriusque in annum Justiniani vigesimum septimum, Christi 533, concurrere non potuerit.

42 Iisdem fere vitis Justiniani ad Vigilium laborat Epistola, in qua pariter Aeneada titulum, quasi ab Aenea genus duxisset Justinianus, hic sibi vindicat, centum quinquaginta quinque episcopos una cum Vigilio Constantinopoli congregatos ait, et Placidum suum vocat nepotem. Præterea, cum inscripta sit Vigilii Papæ, Eutitio Constantinopolitano, Apollinario Alexandrino, Eustachio Hierosolymitano patriarchis et centum quinquaginta episcopis Constantinopoli constitutis, scriptam fuisse oportet tempore concilii Constantinopolitani secundi, sive anno Justiniani 27, post consulatum Basilii 12, Christi 533. Atqui scribitur, Data III Non. Majas... anno a Deo nostri conservandi imperii XXII, consulatu Basilii viri clarissimi anno nono. Itaque subscriptio Epistolæ cum inscriptione non coheret. Adhæc anno post consulatum Basilii nono (Christi 530), mense Maio, fugebat annus Justiniani 24, quippe quem anno 527, mense Aprili, Justinus senior imperii societate donavit. Denique corrumpente jam dicta Justiniani Epistola, Vigilii ad illam Rescriptum corrumpat, necesse est, quamquam non desint alia, quibus et illud fictitium esse monstratur: hæc porro tantum Rescripti lubet attingere: Pissimum vestrum imperium gratia divina, martyre Christi Placido intuente, una cum domina Theodora augusta et natus ejus, custodiat etc.: Justiniani ad Vigilium mox memoratam Epistolam anno 533 scribi debuisse, si quidem genuina esset, jam dixi: sed demus, scriptam fuisse jam inde ab anno Justiniani 23 aut 24, post consulatum Basilii nono, id est, anno Christi 530; qui potuit Vigilii longos annos Theodoræ augustæ precari, quæ jam ante e vivis excesserat? Procopius enim lib. III, cap. 30 de Bello Gothico Theodoræ obitum anno ejusdem belli 14 illigat; quod cum anno imperii sui nono Justinianus suscepit, ut citatus Procopius scribit lib. I, cap. 5, simul eucurrit annus Justiniani 22, et belli Gothici 14. Item lib. II de Bello Persico cap. 30, cum anni Justiniani imperii 23 meminisset, mox subdit: Anno superiore

AUCTORE J. B.

E

Justiniani imperatoris et Vigilii PP.

F

ejusdem Gordiani,

AUCTORE
J. B.

Joannes Cappadox Byzantium venerat ab imperatore accitus: tunc enim Theodora augusta supremum diem obierat.

pseudo-epistole:

45 Quod vero additur de Theodoræ natis, si fabulatoris mentem recte assequor, putavit is, Justinianum, post initum cum Theodora matrimonium, legitimos ex ea liberos procreasse: at ita Justiniano in Compendio Chronico Constantinus Manasses scribit: Qui talibus abundabat dotibus imperator, nullam sobolem masculam, nullam fæmineam, quæ ipsi succederet, habebat. Quapropter moriturus, et terris excessurus in natum ex sorore Justinum coniectis oculis, eum imperatorem designat. Et in Vita S. Sabæ per Cyrillum Scytopolitanum scripta legitur Theodora S. Sabam orasse, ut sibi filium a Deo impetraret; id vero illum facere renuisse. Verba Cyrilli apud Cotelerium tom. III Monumentorum ecclesiæ Græcæ pag. 341 et seq. Latine versa sic habent: Augusta (Theodora) vero excepit eum (S. Sabam) cum lætitia et venerabunda salutavit; posteaque his verbis adhortata est: Ora pro me, pater, ut det mihi Dominus filium. Respondit Sabas et dixit: Deus gloriæ in pietate et victoria imperium vestrum conservet. Merore autem affecta est Augusta, quod petitioni suæ non annuisset. Causam vero rogatus Sabas respondit: Credite mihi, patres, non ex ventre illius fructus egrediatur, ne Severi dogmatibus lactetur, pejusque quam Anastasius Ecclesiam perturbet: unde Cangius in Familiis augustis Byzantinis ait, si qui Justiniano et Theodoræ adscribantur liberi, ex nefasto alterutrius contubernio natos esse, apud quem plura ac de re legi possunt. Sufficiunt enim hæc dicta, ut monumenta adducta, ad fidem faciendam, Acta S. Placidi a Gordiano conscripta fuisse, inepta credantur. Nec iis in Præfatione Actorum Benedictinorum, aut in Annalibus Mabillonius uti voluit, ut Acta S. Placidi Gordiano vindicaret, quod utique facere non neglexisset, si ad id apta atque accommodata existimasset.

sed illi a recentioribus

44 Quin imo Acta illo Gordiano a recentioris ætatis scriptore afficta, fuisse priore loco Mabillonius suspicatur; altero vero palam fatetur: nam in Præfatione ad Acta Sanctorum Benedictinorum § iv ita scribit: Petrus diaconus Cassinensis, sæculi x scriptor non malus quidem, sed non satis diligens, S. Placidi ejusque Sociorum gesta a Gordiano, Placidi comite, scripta, vel interpolavit, vel supposuit. At Annalium Benedictinorum lib. III, num. 25 ita loquitur: Optandum sane esset, ut accuratiorem de rebus ab eo (S. Placido) gestis scriptorem haberemus, quam Gordianum illum personatum auctorem, qui ejus discipulus atque itineris socius fuisse, ejusque vitam Græcè scripsisse dicitur. Scriptorem longe recentiorum arguit imperita narratio, plurimis respersa erratis, quæ nisi in posteriorum temporum hominem, et quidem imperitum, cadere non possunt; nec modo interpolatorem, sed falsum auctorem omnino arguunt. Non minus severe hæc Acta excepit Papebrochius tom. III Maii pag. 606, ubi, cum de S. Mauri Vita dixit, merum sequentis ævi figmentum sibi videri, de S. Placidi Vita mox addit: Ei simile, quod de martyrio S. Placidi et Sociorum sub nomine Gordiani eorundem ministri, habetur: cui quid solida veritatis subsit, inter tot mendaciorum monstrâ nequeat vel per conjecturam prudentem deliniri.

afficta sunt:

45 Atsi Acta illa Gordianus non scripsit, quo

tempore quove auctore conficta sunt? Auctorem illum, inquit Mabillonius Annalium lib. IV, num. 44, quisquis est, non ante Johannis Octavi Pontificatum vixisse, ex eo colligimus, quod is Pontifices recensens, qui Tertulli donationes in Sicilia factas comprobarunt, a Vigilio Papa numerat quadraginta novem. Totidem enim a Vigilio ad Johannem Octavum numerantur Romani Pontifices. Haud igitur ante annum 872, quo Joannes VIII renunciatus est Ecclesiæ Pontifex, conscripta fuerunt: ino forte et multo serius; cum neque Leoni Marsicano ulla eorum notitia fuerit aut usus, neque quidquam de illis unquam proditum fuisse sciat, ante Simeonis, hominis Græci ac ignoti, in Italiam, sæculo xii jam inchoato, seu verum seu fictum adventum. Deinde fateri necesse est, nullum in Actis Latine redditus apparere indicium, unde e Græco ad Latinum sermonem translata fuisse conjiciatur; nec aliquid usquam Græci textus exemplar reperitur. Unde nonnulli autumant, quidquid de his Actis, a Gordiano Græcè conscriptis, fertur, Petri Casinensis diaconi inventum esse, quo confictis a se Placidi Actis majus pondus ac fidem conciliaret: quod si ita vera est, næ ille quidem mentitus est splendide: mihi vero Petrum absque certioribus argumentis fraudis adeo abjectæ reum agere religioni est, quamquam ex dictis hæcenus persuasum habeam, sæculo ix (quisquis ea finxerit) non esse antiquiora, quod ad eorum fidem elevandam satis est. Ad Acta Latina progredior.

46 Certum est, Petrum Casinensem diaconum in Actis vero, que Latine existant, partem in his aliquam habuisse: lib. IV Chronici Casinensis, quem ipsemet scripsit, cap. 66, tom. IV Scriptorum Rerum Italicarum pag. 336 hæc de illo leguntur: His porro temporibus Petrus diaconus anno Dominicæ incarnationis quinto decimo centesimo atque millesimo, primo ætatis suæ lustro a parentibus suis beato Benedicto oblatum et a jam dicto Gyrrardo abbate susceptum, et habitu sanctæ conversationis indutus, atque sub eodem abbate per annos bis iv eruditus, vice-simo primo anno ætatis suæ scripsit ad Oderisium secundum supra dicti Gyrrardi successorem. Passionem beatissimi martyris (supple Marci) et sociorum ejus, vitam egregii confessoris Fulconis, Passionem sanctissimi martyris Placidi discipuli beati patris Benedicti etc. Eadem legere est in Opere, quod de Viris illustribus Casinensibus idem Petrus scripsit, cap. 47, ubi nulla utrobique Actorum Græcorum mentio fit, licet priore loco librum Hæcæ regis Arabiæ de pretiosis lapidibus Græco in Latinum sermonem transtulisse legatur. At apud Cajetanum Octavianum de Vitis Sanctorum Siculorum tom. I, pag. 183 et seq. ita de se loquitur Petrus: Quam (Passionem Græcam S. Placidi a Simeone acceptam) ille (Raynaldus Casinensis tum monachus, postea abbas) accipiens nostræ exiguitati contradidit, præcipiens, ut diligentius illam emendans, futuris generationibus habendam contraderem, hæc jussione conventus parvi, et ad Regis æterni laudem beatissimi martyris Placidi Passionem ex cultiore stylo digessi etc.: atque adeo Petrus S. Placidi Passionem Latine condidit, vel certe ab alio conditam interpolavit.

47 Quam hic e Græca Latinam fecisse se, ait, sed forte interpolavit tantum Petrus Raynaldi jussu S. Placidi Passionem, eadem videtur, ac illa, quam Ruinartius et Mabillonius tomo I Actorum SS. Benedictinorum inseruerunt, et nos ex illis primo loco recudemus: nam et alteram Petrus Casinensis diaconus Passionis S. Placidi e Græco fonte

Petrus Casinensis certo habuit:

A fonte scripturam adornasse legitur tomo VI Scriptorum veterum ab Edmundo Martene et Ursino Durand collectorum col. 786 et seq., ubi in Prologo Petrus ait, id Operis se suscepisse jussu Gregorii præsulis (dubitat Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum 534, num. 25, Tarra- cinensis, an Suessani) anno ætatis suæ vigesimo tertio, id est, Christi circiter 4133. Hanc quidem Petri lucubrationem non vidimus hactenus; diversam tamen ab ea, quam Mabillonius edidit, aliud in utraque Placidianæ Vitæ exordium, aliud item finis indicare videtur: illud ita habet: Postquam summi Regis dignitas lucis suæ radio idolorum tenebras pepulit ac procul fugavit, multos per orbem Ecclesiæ suæ donavit viros, qui ceu sidera cælum, ita et hi ejus Ecclesiam vita ac miraculis adornarent etc.: finis vero ita: Beatissimi Placidi gloriosus meritis intervenientibus Domini nostri Jesu Christi, nullus ambigat usque in hodiernum diem pro nostra salute Virginis qui in ventrem descendit, devictioque mundi principe, captivitatis formam vehens

B secum locavit in arce, qui vivit etc.

aliaque Ste- phanus Ani- ciensis fertur e Græco ver- sisse,

48 Fertur et Stephanus quidam Aniciensis, auctor cætera ignotus, S. Placidi gesta e Græco in Latinum vertisse sermonem Casinensium monachorum rogatu. Stephani versionem primus typis edidit Octavius Cajetanus ac annotatis illustravit tom. I Vitarum Sanctorum Siculorum: quæ autem apud Stephanum de S. Placido ac Sociis recitantur, ex eodem fonte prodixisse, unde sua Petrus Casinensis hausit, tum Petri, tum Stephani versionem inter sese conferenti manifestum fiet: verum id inter utranque discriminis intercedit, quod Petri versio, ut longe prolixior, cariusque additamentis aliunde petitis sæcundior, ita et Stephani versio verisimilitudine multum cedat. Porro nec Petrus Stephani, nec Stephanus Petri usquam meminit, ut adeo neuter alterius versionem vidisse videatur; nisi forte Stephanus Petri versionem tacite indicet, cum Casinensibus monachis ait in Prologo: Unde et Placidi martyris vestri triumphos pariter et agones, qui Latinorum incuria diu silentio sepulti erant, cum apud Græcos egregie vixerint atque floruerint, de Græco produxistis in lucem, et ut eodem stilo mediocri editis verbis ornatioribus et magis propriis debeam colorare, potestativæ precis instantia postulatis. Verum, cum et ipse Simeon Græcam S. Placidi Vitam Latine, sed minus apte, interpretatus esse ac reddidisse dicatur a Petro Casinensi apud Octavianum Cajetanum tom. supra citato pag. 483, Simeonis potius, quam Petri versionem istis verbis attigisse Stephanum, vehementer mihi suspicio est.

dubium, uter prior scripserit:

49 Incertum Octavio Cajetano est, uter alterum præcesserit, uter secutus sit. Stephanus S. Placidi gesta Græcis quidem litteris celebrata fuisse, at non item Latinis, iterum atque iterum repetit; unde Petrum præcessisse videri potest: at idem Petrus in Prologo ad Gregorium præsulem t. VI Veterum Scriptorum col. 787 his verbis affirmavit: Nam cum ab ipsis B. Benedicti temporibus in Casinensi gymnasio sapientes quamplurimi fuerint, et istius (S. Placidi) Passio de Græco in Latinum a nullo translata fuisset, hocque omnipotens Deus per nos tempore vestro implere dignatus est. Nihil igitur hinc pro majori alterutrius antiquitate effici potest. Petri versionem paulo post expoluisse Stephanum, ex Bibliothecæ Casinensis monumentis Mabillonius num. 47 laudatus tradit: vereor vero ego, ne, quemadmo-

dum in Actis S. Placidi a Mabillonio editis, Gordianus velut illorum auctor falso lectori obtrudatur, ita et hic inane cassumque Stephani Aniciensis nomen vel Petrus Casinensis, vel alius quilibet dolo malo obtruserit, ne solus Petrus Acta Græca, quæ a Gordiano scripta finguntur, vidisse putaretur; quod ut suspicer, faciunt potissimum duo. Primum quidem, quod, ut supra obiter innui, quis tandem fuerit Stephanus ille Aniciensis, penitus ignoretur: alterum, quod ipsa Stephani Aniciensis versio Petro Casinensi, demptis Epistola ad Casinensium monachos et Vitæ Prologo, asseri posse ex monumentis ejusdem Casinensis Bibliothecæ videatur.

AUCTOR J. B.

50 Quod ad Stephanum attinet, nihil ipse de se scripsit, unde, quis fuerit, conji-ci possit: non fuisse tamen Benedictini instituti alumnum, suadere videtur loquendi modus, quo Casinenses monachos alloquens S. Placidum, vestrum martyrem, commilitonem, patronum appellat. In codicibus Mss. Casinensibus dominus Stephanus Aniciensis tantummodo nuncupatur. Arnoldus Wion lib. III Ligni vitæ in Annotatis ad diem 5 Octobris episcopum vocat. Secundo loco, inquit, eam (S. Placidi Passionem) composuit D. Stephanus, Aniciensis episcopus. At e quo fonte Stephani episcopatum hauserit, tacet. Neque sedes ejus episcopalis explorata habetur. Ad episcopos equidem Anicienses referri non potest. Nam Anicienses seu Podiensis in Velaunis præsules tom. II Galliæ Christianæ auctæ a col. 687 enumerantur, nec inter illos ullus apparet Stephanus, qui sæculo XII ad annum 33 circiter profecto vixerit. Stephanus tertius anno 1077 sua sede pulsus est; quartus vero sub annum 1220 Aniciensium præsul electus.

si tamen et Stephanus Aniciensis

51 Non deesse autem Bibliothecæ Casinensis monumenta, e quibus S. Placidi Vita seu Passio, quæ Stephanum Aniciensem auctorem præfert, Petro Casinensi diacono adscribi possit, docet me Edmundus Martene num. 47 laudatus: nam post exhibitum Petri Casinensis diaconi in Vitam S. Placidi Prologum ad Gregorium præsulem, a Mabillonio Casini descriptum, Vitæ item initium et finem, quæ supra num. 47 dedi, ita Martene proseguitur: Post hanc Passionem in codice 449 sequitur Sermo Petri diaconi Casinensis in Passione S. Placidi martyris. Tum pariter Sermonis hujus a Petro compositi hoc exordium exhibet: Beatus igitur Placidus ex linea senatoriæ dignitatis erumpens Romanæ civitatis indigena fuit etc.; quibus verbis cum etiam Vitæ S. Placidi, Stephano Aniciensi adscriptæ, initium concipiatur, uno hoc discrimine, quod Placidus in hac Christi Martyr appelletur; quæ alias Stephano adscribitur, hic Petro videtur adscribi. Is præterea est Passio Stephano attributæ epilogus, ut pro concione festo S. Placidi die ad Casinenses reipsa dicta videatur: sic enim habet: Insignis Martyr, et omni tam ætati, quam sexui reverendus, coruscans in terra virtutibus, meritis in cælo vivens, se colenti et amanti ecclesiæ Casinensi indefessus patrocinator assistat, et sua semper solemnia celebrantes sic in præsentem cælesti reconciliet gratiæ, ut in futuro comparticipes faciat coronæ suæ, Jesu Christo Domino largiente, cui decus est et imperium per infinita sæcula sæculorum. Amen. Quid hac de re sit, docere nos Casinenses possunt.

non sit auctor fictitius.

F

AUCTORE
J. B.

§ IV. Instrumenta varia de rebus gestis S. Placidi conficta rejiciuntur.

Figmenti loco
habendum

Chronico Casinensi, anno 4603 typis Parisiensibus edito, a pag. 760 subnectitur non exigua privilegiorum epistolarumque collectio, e quibus varia, ad S. Placidi res gestas spectantia, magnum iis pondus, utpote a synchronis ac S. Placido familiaribus profecta, adderent; si quidem genuina hæc forent, ac omnino talia, qualia eorum tituli indicant. Quis enim luculentiora, quam Tertulli, S. Placidi patris; quam Gordiani, ejus consanguinei; quam Steulorum, apud quos annis aliquot moratus, passusque fuerat; quam Gordiani alterius et S. Mauri, illius commilitonum; quam Vigilii Pontificis denique, et augustorum Justiniani ac Theodoræ testimonia requirat? **B** Verum dolendum est, sub tam speciosis titulis nihil præter figmenta latere. Quo tempore primum hæc conficta sint, definire non valeo: at ante Petri Casinensis diaconi et Stephani Aniciensis ætatem, seu ante sæculum XII nusquam citata reperi. Leo quidem Marsicanus lib. 1, cap. 4 decem et octo curtium, (quot numerantur etiam in Privilegio Tertulli, de quo infra) in Sicilia sitarum et a Tertullo S. Benedicto donatarum meminit; sed hæc aliunde discere potuit.

instrumentum
donationis,

53 Atque hæc quidem citatorum monumentorum auctoritatem universim minuunt: at fidem longe minorem apud eruditum lectorem invenient, si seorsum singula perpendantur. Hinc inde aliqua, unde de eorum valore judicare lector possit, e singulis delibabo, ne, si singula huc transcribam, aut singulos eorum errores referam, prolixitate nimia lædium ac molestiam lectori creem. Primum quidem eorum, quæ ad S. Placidum spectant (de iis enim solis loquor) Tertulli est, quo octodecim suas curtes, in solo Siculo sitas, S. Benedicto donat vel confirmat, in quo vix sani quidpiam reperias. En illius inusitatum perinde ac ridiculum initium: Tertullus Dei gratia invictissimæ reginæ cæli terræque civitatis Romanæ patricius, dietatoribus, magistratibus, senatoribus, consulibus, proconsulibus, præfctis, tribunis, centurionibus, decurionibus et omnibus hominibus per totum orbem commorantibus Romanæque ditioni subjacentibus, salutem et perpetuam pacem. Formula, Dei gratia, primus usus est Pippinus Franciæ rex, ut Mabillonius docet lib. II de Re diplomatica cap. 3, num. 6, propterea quod extraordinario modo pervenerat ad regnum; nec ea Justiniano aut Romanis seu privatis, seu quacunque dignitate ornatis in usu fuit. Quis Romam in scriptis publicis ac solemnibus invictissimam cæli terræque reginam vocitavit? Quem denique hic loquentem audis, Romanumne patricium, an Augustum?

a Tertullo
S. Benedicto
factæ,

54 En modo Tertulli donationis finem non minus absurdum: Si quis autem, inquit, hoc decretum nostrum violare presumpserit, XIV millia talenta auri purissimi Romano solvat imperio. Scivine, qui hæc finxit, quanti auri talentum esset? Præterea notæ chronologicæ, donationi additæ, non coherent. Ita habent: Actum est hoc decretum XV Calen. Julii, anno imperii Justiniani

quinto, CCCXXVI Olympiade. Olympias 326 respondet anno 525, cujus die 9 Julii annum imperii sui octavum Justinus exorsus est. Subnectuntur denique hæc testium subscriptiones: Ego Tertullus patritius manus meæ signo roboravi. Ego Symachus pat. consul subscripsi. Ego Boetius bis consul subscripsi. Ego Vitalianus consul subscripsi; sed nihilo melioris notæ. Vitalianus consul fuit anno 520, sed in Oriente, et Constantinopoli VII mense consulatus sui XVI vulneribus confossus, in palatio cum Celeriano et Paulo satellitibus suis interemptus est, inquit Marcellinus in Chronico, cui Evagrius et Theophanes consonant. Annum itaque Justinianum Vitalianus ille non vidit, nec subscribere illo anno Tertulli donationi potuit: præter hunc autem, qui hisce temporibus consul fuerit, non novi alium.

55 Præterea, quemadmodum Vitalianus consul anno quinto Justinianus superstes non fuit, ita inter consules Boetius, qui bis consulatum gesserit, non reperitur. Flavius Boetius consulatum catalogum suo nomine auxit anno 487: sed hujus nomen Fasti consulares non repetunt. Ad annum quidem 510 Anicius Manlius Severinus Boetius, Eutharici collega, iisdem Fastis inscribitur, uti et ad annum 522 una cum Q. Aurelio Anicio Symmacho: sed ex duobus unum Tertulli Chartæ fabricator verosimilius conflavit. Quanquam enim utrique consuli eadem nomina fuerint, neuter tamen secundo consul dicitur, contra ac in Fastis illis fieri solet; et Boetius ad annum 522, si tum secundo consul fuisset, de more præpositus fuisset Symmacho, qui tum primum consul procedebat: qui enim anno 485 consul fuit Symmachus, Q. Aurelius Memmius dictus fuit, ut ex antiquis Boetii exemplaribus Sirmondus in Annotatis ad Ennodii Epistolam 25 libri VII tradit. Ubi etiam docet, Symmachum, anni 522 consulem, Boetii anno 510 consulis, filium fuisse, et Symmachi Senioris, qui anno 485 consul fuit, e filia Rusticiana nepotem. Item vero deinde etiam adstruit de Boetio, anni 522 consule, Symmachi Junioris proinde fratre simul et collega.

56 Neque immerito ita Sirmondus docuit: certum enim in primis est ex Procopio, temporum illorum scriptore, lib. III de Bello Gothico cap. 20, Boetium, anni 510 consulem, Rusticianam Symmachi, anno 485 consulis, filiam matrimonio sibi junxisse, eamque, Theodorici Gothorum regis jussu occisum, superstitem reliquisse. Hinc Romani, ait Procopius, ipsique adeo senatores, in primis uxor olim Boetii, eademque Symmachi filia Rusticiana, quæ facultates suas egenis erogaverat, eo redacti sunt, ut in veste servili ac rusticana panem aliave cibaria ab hostibus petentes tunc victitaverint. Et paulo infra: Instabant Gotthi, ut Rusticiana mactaretur supplicio, insimulantes, quod, exercitus Romani ducibus ampla largitione corruptis, Theodorici statuas deturbasset, quo et Symmachi patris, et Boetii mariti eadem ulcisceretur. Certum pariter est, duos suos filios ad consularem dignitatem simul promotos vidisse, quod ex ipso Boetio Sirmondus probat qui lib. II de Consolatione Philosophiæ Prosa 3, quem paulo ante necem sibi Theodorici jussu illatam in exsilio scripsit, liberorum suorum, una consulum, his verbis meminit: Cum duos pariter consules liberos tuos (seipsum alloquitur) domo provehi sub frequentia patrum, sub plebis alacritate vidisti. Et iterum Prosa 4: In quid dicam liberos consulares, quorum jam, ut in id ætatis

erroribus
scelere,

F

A ætatis pueri, vel paterni vel aviti specimen relucet ingenii.

stenditur : 57 Porro Symmachum socerum, magni admodum, ut par erat, fecit Boetius, cujus rei testem habemus iterum Boetium, laudato mox loco ita loquentem : Atqui viget incolumis, illud pretiosissimum generis humani decus, Symmachus socer, et, quod vitæ pretio non segnīs emerēs, vir totus ex sapientia, virtutibusque factus, suarum securus, tuis ingemiscit injuriis. Unde non immerito Sirmondus censet, Boetium duobus suis liberis, anno nempe 522 consulibus, alteri suum, alteri vero socii honoris gratia nomen imposuisse. Filiorum quidem nomina Boetius non expressit, sed illius temporis par alterum consulum, quibus ille pater fuerit, non invenias. Scio, inquit Sirmondus in Annotatis ad Ennodii Epistolam 4, lib. VIII, aliter visum auctori Vitæ Boetii, qui filios ejus consules facit Patricium et Hypatium, qui anno Christi 523 consulatum a gesserunt. Verum hæc profecto nimia est allucinatiō. Præterquam enim, quod meminisse oportebat, Græcos et Orientales illos consules fuisse, et ad Boetii familiam nihil pertinere, revincere poterant, quæ modo citata sunt (num. scilicet superiore) verba Boetii, ex quibus liquet, hosce ejus filios consulares ætate adhuc pueros fuisse, cum exsiliū sui consolationem scriberet. Quod sane dico (lege dici vel dicere) non poterat, si ante annos 20, etoque plures annos, consules fuissent. Quam vere Sirmondus dicat, Patricium et Hypatium, ad Boetii familiam nihil pertinere, liquet e Procopii lib. 1 de Bello Persico cap. 8, ubi inter quatuor belli Persici duces tertio ac postremo loco Patricium et Hypatium recenset his verbis : Ac præfecti militum, qui erant Byzantii, nimirum Patritius Phryx, atque Hypatius Augusti (Anastasi) ex sorore nepos. Hæc sufficere arbitror, ut Tertulli, de qua agimus, Charta pro spuria habeatur.

nec sincerioris note Gordiani donatio,

B 58 Est vero insuper fœdus error tam huic Tertulli donationi, quam Gordiani, quæ illam in citata Chronici Casinensis Appendice proxime sequitur, communis : utraque enim donatio S. Benedicto Casini commoranti facta dicitur. Atqui sub annum dumtaxat 528, vel anno 529, ut Vita prima S. Placidi num. 11 diserte habet, Casinum S. Benedictus venit. Qui igitur anno Justiniani seu quinto, ut in Tertulli donatione, seu quarto, ut in Gordiani legitur, fieri ista donatio potuit, cum anno 527 Justinus exstinctus sit? Quod si Justino volueris Justinianum successorem substituere, nec sic donatio illa cum anno illius quinto aut quarto combinabitur. Gordiani donationis hoc exordium est : In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni, anno Incarnationis ejusdem quingentesimo vigesimo nono, imperii vero domini nostri conservandi Justiniani perpetui ac triumphatoris augusti anno quarto, Julii die XIV. Non advertit imperitus fabulator, annos Incarnationis Christi, aut hodiernum mensium dies numerandi morem id temporis nondum fuisse adhibitum. Paulo infra donationi Symmachus et Vitalianus interfuisse dicuntur, quorum neuter anno 529 in vivis erat. Sub finem Chartæ multa Gordiani concessionem violanti imponitur non minus ridicula decem millium talentorum auri purissimi Romano imperio solvendorum. Subscribunt donationi iterum Symmachus et Vitalianus consules, Boetius item bis consul, de quibus vide paulo ante dicta. Quin et Belisarius tamquam consul, qui consularem dignitatem non est adeptus

ante annum 535, nec anno 529 versari in Italia potuit, bello tunc Persico occupatus.

59 Tertio loco inter ea, quæ ad S. Placidum spectant, habet citata Appendix Siculorum de S. Placidi martyrio ad S. Benedictum Epistolam. Nihil illa continet præter S. Placidi martyrium brevibus relatum, et supplices Siculorum ad S. Benedictum preces, ut novos in Siciliam discipulos mittat, nullo anno aut nomine signata; in Actis tamen primo loco edendis num. 84 Messalini et Pompeii Cylti, rei Benedictinæ in Sicilia procuratorum, fuisse dicitur. Mentio in ea fit Abdalæ, Saracenorum regis; vix dubito, quin, qui Epistolam finxit, cum intelligat, quem Acta in Hispania regnasse aiunt: at Saracenos non nisi sub annum 713 Hispaniam invasisse, suo loco videbitur. Et ut nihil in ea lateret erroris, suppositionis tamen suspicionem non evaderet, vel ob hoc solum, quod ex eadem officina, qua reliquæ jam memorata, et aliæ, de quibus infra, certo fictitiæ, prodisse videatur. Eadem manu fabricata videtur Gordiani ad S. Maurum, Casinensis cœnobii Præpositum, Epistola, qua Siculorum ad S. Benedictum. Substantia utriusque eadem est, ac præterea idem, paucis mutatis verbis, re idem significantibus, exordium. Ita Epistolam ordiuntur Siculi : Universali monachorum institutori atque doctori Benedicto servi et filii ejus desolati et destituti pastore cum subjectione reverentiam : QUIA NIHIL PATERNITATI VESTRÆ INCOGNITUM ESSE RATUM DUXIMUS, DE HIS, QUÆ APUD NOS ACTITATA SUNT, SCIRE VESTRAM SANCTITATEM VOLUMUS, RELIGIOSISSIMUM AC SANCTISSIMUM DISCIPULUM PLACIDUM etc. Gordianus vero in hunc modum : Dominico Levitæ Mauro.... Gordianus.... Salutem in Domino et spiritum fidei. Quia omnibus modis desiderandam nobis et totis fibrarum præcordiis amplectendam SANCTITATEM V. NIHIL PATIMUR IGNORARE, eorum quam maxime, quæ ad augmentum sanctitatis institutoris nostri ac legislatoris PERTINERE NOSCUNTUR, OPERE PRETIUM DUXIMUS INNOTESCERE EA, QUÆ TEMPORIBUS ISTIS CIRCA SANCTUM ET DOMINUM MEUM PLACIDUM IN SICILIA EVENERE. IS ENIM etc. Hinc vero, quid de Mauri ad Gordianum Epistola responsoria, quæ Gordiani Epistolam in dicta jam sæpe Appendice proxime sequitur, censendum sit, quivis facile statuet.

AUCTORE J. B.

aut Siculorum ad S. Benedictum,

E

F

60 Mauri ad Gordianum Epistolam in Appendice Chronici Casinensis sequuntur Gordiani alia ad Vigilium Papam, Justiniani ad eundem, et Vigilii ad Justinianum responsoria, quas num. 41 et duobus sequentibus confutatas habes. Ejusdem farinae sunt Epistola Justiniani ad Placidum, nepotem suum; item Theodoræ ad eundem; et alterum denique Justiniani de Casinensis cœnobii immunitate scriptum; quibus refutandis immorari non lubet. Accipe tamen, quæ de his jam pridem Baronius tom. VII Annalium ad annum 541 scripsit : Et ut hæc obiter attingamus, extant ibidem litteræ ejusdem Justiniani ad Placidum, nepotem suum, datæ anno duodecimo ipsius Justiniani imperatoris (qui est annus Domini quingentesimus trigesimus octavus) sub consulatu Boetii et Cethegi, addito anno tertio, quorum nulla est mentio, quod simul gesserint consulatum, sed diverso tempore inter se, et a dicto imperatoris anno longe remoto. Siquidem Cethegus consul fuit anno Domini quingentesimo quarto : Boetius quingentesimo decimo : sub anno vero duodecimo Justiniani Joannes et Volusianus (ut vidimus) consulatum gesserunt. Qua pariter censura cor-

aut Mauri ad Gordianum aliorumque litteræ,

AUCTORE
J. B.

a Baronio
jam pridem

corrigas, quæ ei subicitur, Theodoræ Epistolæ ad S. Placidum, iisdem consulibus et anno datam.

61 Sed majori indigent castigatione ejusdem imperatoris Justiniani nomine Litteræ illæ iisdem conjunctæ, quibus salva vult esse Cassinensi monasterio, quæ Tertullus Placidi parens, quæve Justinus Senior imp. eidem cœnobio contulisset: nempe villas, rurâ, castra, oppida, civitates et municipia ibidem recensita, et quidem non parva vel exigua numero. At quænam sub Theodorico, Gothorum rege, esse poterant alicui Romanorum patricio oppida et civitates? vel quæ Justinus imperator ejusmodi in Italia existentia potuit donasse non sua? nec enim glebam imperator Orientis sub Theodorico rege in Italia possidebat. Et quid illud ad finem: « Ex minio manu propria subscripsimus » cum, teste Suida, Justinianus litteras penitus ignoravit? Et quomodo (ut superiores Epistolæ) eadem data legitur sub consulibus Boetio atque Cethego, anno duodecimo ejus imperii? Et quæ insuper ridenda illa subscriptio testium: Theodoricus rex aquilifer, Belisarius draconifer, Mauricius leonifer, Tiberius lupifer? Ac denique quomodo subscripsisse potuit ei privilegio anno duodecimo imperatoris Theodorici Gothorum rex, cum longe ante hæc tempora decessisset, et post eum Athalaricus, inde Theodatus, ac postea Vitiges eo anno duodecimo Justiniani regnaret? Sed missa isthæc faciamus, quæ dolemus ab aliquo ocioso conficta. Miramur vero magis eadem ab ejusdem sacri Ordinis monachis, viris doctis, non fuisse rejecta et oblivione omnino sepulta.

merito reje-
cte.

62 Quamquam æqua sit hæc Baronii censura, non tamen hanc omni ex parte tueri velim: nam primo, quod Volusianum Joanni, anno 538 consubi, comitem adjungat, id contra antiquos consulares Fastos facit, in quibus unus Joannes illo anno consul signatur. Vide Pagium ad annum 538, num. 10. Quod autem Justinianum litteras omnino ignorare dicat, pariter non probo; id quidem habent codices Suidæ Mediolanenses, sed Vaticani pro Justiniano rectius Justinum habent, quem Procopius cap. 6 Historiæ Arcanæ, ἀρχιπρεσβυτης, id est, litterarum expertem vocat. Justinianum autem litterarum expertem non fuisse, late probat Nicolaus Alemannus in caput 18 ejusdem Historiæ, quem vide. Sequuntur denique duæ Gordiani litteræ, unæ ad Messalinum et Pompeium Tyllicum, seu, ut alibi legitur, Cilium; alteræ ad Constantinum abbatem Casinensem, S. Benedicti successorem. Agit utraque de Gordiani in Siciliam reditu. Verum quam parum ex dictis verosimile est, Gordianum a SS. Placidi et Sociorum nece Constantinopolim navigasse, tam verosimile est et has litteras esse fictitias. Primas præterea scriptas eo tempore fuisse oporteret, quo necdum nova Benedictinorum colonia Messanam advenerat, ut sequentibus Epistolæ verbis declaratur: State viriliter... usque dum... fratres nostri a Casino ad monasterium restaurandum veniant. Id vero temporis nulli erant in Sicilia Benedictini, uti ex litteris Siculorum ad S. Benedictum, quas vide in Actis num. 85, colligere est, et tamen Gordianus, nescio quos, patres et fratres ea Epistola alloqui fingitur. Messalinus et Pompeius Cilius, quibus nominatim Epistola inscribitur, laici erant, Tertulli olim in Sicilia procuratores, quorum primus præterea in his ipsis litteris vir illustris appellatur. Quæ vero Con-

stantino abbati inscriptæ sunt litteræ, Passionis S. Placidi a Gordiano Græcis litteris describendæ mentionem faciunt, quod ille numquam præstitit, ut in superioribus ostensum abunde est. Litteras reliquas Appendicis, quia ad res serius gestas pertinent, suis locis attingam. Interim ex dictis colliges, nihil sinceri hactenus, et cui tuta fides adici possit, ex ea fuisse allatum.

§ V. Discutiuntur, quæ de S. Placidi natalibus circumferuntur.

Quo loco apud Romanos fuerit, etiam id temporis, quo summa reipublicæ auctoritas penes consules erat, Aniciorum familia, nemo nescit, eo maxime nomine apud Christianos nobilis, quod e senatoriis prima nomen Christo dederit: hinc S. Placidum paternam lineam, maternam vero e gente Octavia sub initium sæculi vi prodixisse memorant ejus Acta proluxiora num. 4. Tempore, inquit, quo Theodoricus Augustus in Seniore Roma, in Nova vero Justinus Senior et Justinianus Romani imperii scepra retinebant, Sedis vero Apostolicæ Johannes primus et Felix præsidebant, Tertullus, vir nobilissimus ac præclarissimus, et in utraque curia Romani imperii post Augustos nulli secundus, homo illustrissimus ac dilectissimus, in Seniore Roma patriciatu retinebat habenas. Qui ex Aniciorum stemmate sanguinis lineam ducens adeoque sapientia, fortitudine atque prudentia viguit, ut ab imperatoribus omnique Romano populo PATER PATRIÆ vocaretur. Hic de Octaviæ gentis familia ducens uxorem, corpore ac moribus speciosissimam, bonæ arboris bonos fructus ex ea suscepit. Primum namque Placidum, secundum Eutyechium, tertium Victorinum, quarto autem loco dum puellam enixa fuisset, pro eo quod ex Octavio et Flavio stirpe descendebat, Flaviam nominaverunt. Stephanus Aniciensis, seu quisquis forte sub hoc nomine latet, Tertullum modestius simul et verius laudat, quem solum per varios honorum gradus patriciatu culmen adeptum ait; Placidum vero Romanæ civitatis indigenam, natum senatorio stemmate, matre vero e gente Octavia.

S. Placidum

E

* Sedi

F

64 Placidum quidem, S. Benedicti discipulum, Tertullo patre, eodemque patricio, natum, testis locuples est S. Gregorius Pontifex lib. II Dialogorum cap. 3, inter Romanos nobiles, qui filios suos S. Benedicto obtulere, Equitium et Tertullum nominatim recensens his verbis: Tunc quoque bonæ spei suas soboles, Equitium Maurum, Tertullus vero patritius Placidum tradidit. At nihil ille de Tertulli stemmate Aniciano, nihil de dignitate ejus, tam in Oriente, quam in Occidente ab Augustis secunda, nihil de matre Placidi, Octavio stirpe prognata. Gregorio de Placidi genere plura non scripsit sæculo XI Leo Marsicanus, nec ullus illo antiquiorum; ut non nisi ex traditione incerta, vel dubiæ fidei monumentis, vel denique e Petri diaconi Casinensis, aut, alterius cujuscunque, sed auctoritate non majoris, invento Anicianum et Octavianum S. Placidi genus sæculo primo XII vulgo obrudi, librisque consignari cœperit: placuit tamen ea res adeo recentioribus quibusdam, ut non inutile visum illis

patre patricio
Romano
natum.

A illis fuerit, in explicanda S. Placidi genealogia eruditionem suam et laborem collocare. Ex his nobis ad manum est Arnoldus Wion, monachus S. Benedicti de Mantua, qui Anicianam familiam, in suos gradus late distinctam, ex instituto descripsit tractatu separato, quem Ligno Vitæ præfixit.

Wion haud fundate satis

65 Propositum mihi non est, quæ disserit, discutere singula, sed ea tantum, quæ sanctum nostrum Placidum attingunt propius, facto exordio a gradu Aniciano decimo septimo, seu a Sexto Anicio Petronio Probo, qui anno Christi 371 una cum Gratiano Consulibus Fastos auxit. Probus hic ex Anicia Faltonia Proba tres liberos masculos suscepit, Olybrium, Probinum, et Probum; atque ita geminum Aniciorum stemma inuexit, alterum Proborum per seipsum, alterum Olybriorum per Olybrium filium. E Proborum stemmate S. Placidum derivat Wion in hunc modum: Probo Juniori natus est filius, quem Anicium Justinianum Probum appellat. Porro ab hoc Justiniano (altero a Justiniano imperatore) procreati fuere filii tres, Germanus, Eupropius et Tertullus. Postremus ex his (Flavius Anicius Probus Wioni dictus) consulatum gessit anno 502; ex quo denique prodiit Flavius Anicius Probus Tertullus alter, seu Junior, anno Christi 523 consul, et SS. Placidi, Eutyehii, Victorini et Flavix pater. Ita quidem Wion hactenus; an vere solideque nunc dispicio.

paterna linea

66 Probo Seniori tres filios fuisse, Olybrium, Probinum, et Probum Juniorem, neque dubium est, neque controversum: at Probo Juniori filium fuisse, Justinianum nomine, unde didicit Wion? Altum apud veteres de hoc Justiniano silentium; unde ad gradum Anicianum decimum nonum fatetur Wion, res ejus gestas in tenebris latere, ut vix invenerit, quod de eo proferret. Duo tamen protulit; alterum, loco mox citato, claruisse nempe illum tribus liberis, de quibus infra: alterum in Martyrologio ad diem 21 Martii pag. 112, ubi Justinianum illum Romanis consulibus adnumerat, verosimiliter ex Indice Consulibus Romanorum ipsi Roma transmissis, quem loco, prius allato, laudat: cum tamen ceteri consulibus Fasti hunc Justinianum ignorent. Quos præterea ad gradum Anicianum 19 laudat Wion Scriptorum, Petrum Casinensem diaconum, Trithemium aliosque, recentiores sunt et ad rem persuadendam haud satis idonei. Plusculum tamen vetustatis præ se fert Anastasius Senior, cujus Epitomen Chronicorum Casinensium, sub annum 754 Stephani II (Baronio III) Papæ jussu conscriptam, ibidem laudat; sed personatus iterum hic obruditor auctor, ut Muratorius censuit tom. II Scriptorum Rerum Italicarum in sua ad eandem Epitomen Præfatione, ubi inter alia, quæ in dicta Epitome occurrunt, et a sæculo VIII, quod illa præ se fert, abhorrent, hæc ait: Denique cum sæculo VIII nullo pigmento componere possis populorum LOTHARINGORUM memoriam, quom constet, tunc ignotam terris hanc appellationem fuisse. Reliqua prætereo. Sic et ante Muratorium Bollandus censuit tom. II Februarii pag. 400 et seq. Ceterum id tantum dicit Anastasius ille, S. Benedicto avum fuisse, Justinianum nomine, non dignitate consullem, non gente Anicia, aut Probo consule satum.

ab Aniciis

67 Pergit interim Wion S. Placidi genealogiam tezere; et ut jam monui, Justiniano Germanum, Eupropium et Tertullum filios tribuit, sed fundamento nihilo solidiore. De Tertullo ad gradum Anicianum 20 ita scribit: Flavius Anicius Ter-

tullus Probus, Anicii Justiniani filius, V. C. consulatum gessit anno Christi III cum Rufio Magno Fausto Anieno Juniore V. C.... Genuit ex uxore N. sibi æquivocum Tertullum, quem ad gradum Anicianum 21 anni 523 cum Flavio Philozeno consulem et S. Placidi patrem facit. Qui anno 502 consul processit Probus, nusquam Tertullus dictus reperitur, neque Justiniano patre natus fuit: nam Hypatius, Pompeius et Probus consobrini et Anastasii imperatoris nepotes fuere, teste Marcellino ad Post consulatum Lampadii et Orestis; quorum primus anno 500, alter anno 501, postremus anno 502 ab Anastasio consul dictus est. Procopius quoque lib. 1 de Bello Persico cap. 12 Probi meminit, quem Anastasii Ἀδελφόν, id est, ex fratre vel sorore nepotem, vocat. Porro Anastasius Flavius Hypatium et secundum aliquos Paulum, fratres habuit, ut ex Procopio et Marcellino in Familiis augustis Byzantinis Cangius docet; sororem vero, quam Theophanes pag. 125 Secundino nupsisse tradit. Itaque vel Hypatius, vel Paulus, vel denique Secundinus Flavii Probi, anni 502 consulis, pater fuit, non Justinianus, ut Wion scribit.

AUCTORE J. B.

68 Neque verum videtur, Probum anni 523, imo 535, cum Philozeno consulem, Probi anni 502 consulis filium fuisse. Tres enim Probi, qui ab anno 502 usque ad annum 525 consulatum gesserunt, distinguendi videntur, nempe annorum 502, 513 et 525 consules: nam primo nulli horum numeralis nota in Fastis adjicitur. Dein Probus, anni 502 consul, in Oriente, reliqui duo in Occidente creati sunt, ut ad annum 525 probat Pagius in Criticis. Anno 502 consul Probus sine addito appellatur; at consul anni 513 Anicius Probus, et in quibusdam Fastis Probus alter dicitur. Tertius denique Anicius Probus Junior dicitur; Anicius, ut ex eadem gente, qua secundus; Junior, ut secundi, non primi filium fuisse, intelligas. Quod vero Wion consulem Anicium Probum Juniorem Tertullum præterea nominet, ac S. Placidi patrem faciat, id non modo sine veterum testimonio, sed etiam contra refutata § superiore Casinensia Monumenta, quibus tamen non raro nititur, facit: in illis enim Tertullus tantummodo patricius, qualis re ipsa fuit, nusquam consul scribitur, secus ac Gregorius, Symmachus, Vitalianus alique.

E derivavit.

69 Adhæc Wion ad gradum Anicianum 23 instrumentum quoddam profert, ex antiquo Ms. Casinensi depromptum, quo Tertullum, S. Placidi patrem, ac Gordianum Gregorii Magni patrem Anicianam stirpe progenitos ac cognationis vinculo fuisse conjunctos, apparet: etenim in eo Anicium sese diserte Gordianus vocat et inter parentes seu consanguineos Tertullum memorat: at quis inter tot donationum instrumenta, quæ mutuo sibi auxiliarem manum porrigunt, et manifesto seu spuria seu interpolata sunt, non vereatur, ne et hoc, de quo loquimur, instrumentum, etsi cautius fortasse adornatum (neque enim illud integrum exhibet Wion) perinde ac alia, sit otiosi hominis inventum, aut hac saltem ex parte interpolatione depravatam? Interpolationis equidem non esse immune, ipsius instrumenti verba, a Wione recitata, ostendunt: datum enim legitur: Anno 4 Post consulatum ejusdem domini N. (Justini Junioris) anno 2, Ind. II, mense Julii, die XIV; quæ mensium dies numerandi ratio ea tempestate nondum erat in usu. Annus præterea quartus P. C. Justini Junioris, Christi 569 fuit, quo nescio, an Bonitus, cui, ut abbati Casinensi, varios

F Cui nihil prodest Gordiani donatio quædam,

AUCTORE
J. B.

varios fundos et villas per dictum instrumentum Gordianus donat, Casinensibus præferit. Scribit enim Mabillonius ad annum 570, Simplicium, Casinensem abbatem tertium, Longobardorum tempestati divina providentia fuisse subductum; ut hic Longobardorum in Italiam incursionem, cujus initium anno 569 illigat, secundum Mabillonium non viderit. Simplicio Vitalis successit huic vero Bonitus, sub quo postea Casinense conobium a Longobardis destructum fuit circa annum, ut idem auctor ait, 580; atque adeo verisimiliter anno 569 Casinensibus Vitalis præerat. Marcus Antonius Scipio, Casinensis Congregationis monachus, in Elogiis Abbatum Casinensium Vitalis regimen ad annum 583 usque producit.

nihil Justiniani et Theodora

70 Anicianum S. Placidi genus tacite confirmant litteræ, quas Justinianus et Theodora ad illum misisse finguntur, dum in illis Tertullus Justiniani exadelphus, Placidus vero ejusdem nepos vocatur: sed nec Aniciis Justinianus aut Theodora, nec Justiniano Tertullus sanguine junctus fuit. Nihil certe Aniciis cum Theodora, Acacii Ursarii filia, cujus ortum ac propudiosam educationem Procopius Historiæ Arcanæ cap. 9 describit, commune fuit. Justiniano pater Sabatius fuit, Istokus ab Illyriensibus, id est, gentilibus suis dictus: mater vero Bigleniza, Justiniani imperatoris soror, quos obscuro genere in Thracia Illyricique confinibus oriundos scriptores veteres tradidere. Justinum Procopius citatus cap. 6 agris exercendis fuisse assuetum scribit, priusquam egestatis vitandæ causa militiæ nomen dedit; cujus quoque uxorem, Lupicinam nomine, servam et barbaram nuncupat; ut hi omnes ab Aniciorum claritudine et consanguinitate quam longissime abfuisse videantur. Sunt, qui velint, Justinum, cum senator esset, in Aniciorum familiam adoptione transisse, quod tum Fasti consulares, tum antiqui nummi, in quibus Flavius Anicius appellatur, testari videntur: at longe verosimilius apparet, Justinum, imperatorem factum, quo generis suis vilitatem teget, ultro id sibi nominis adscivisse, vel ab adulante populo oblatum, ratum habuisse. Sic et uxorem ejus Lupicinam, inquit Theodorus lector, posteaquam augusta nuncupata est, populus EUPHEMIA nominavit; eademque Elia Marcia Euphemia dicitur in nummo, quem Cangius de Familiis augustis Byzantinis pag. 88 exhibet. Vulgarem hunc loquendi morem secutus est Jornandes, cum de Germano, pronepote ex fratre, et Mathasuentæ, quæ Theodrici Italiæ regis et sorore neptis erat, filio scripsit lib. de Rebus Geticis cap. ultimo: In quo conjuncta Aniciorum gens cum Amala stirpe, spem adhuc utriusque generis, Domino præstante, promittit.

ad S. Placidum

71 Neque porro, quo pacto Justinianus imperator Tertullum Junioem exadelphum suum nominare potuerit, perspicere possum: sunt enim ἐξadelphοι duorum fratrum aut sororum filii: Tertullum autem Senioem et Sabatium, Justiniani et Justiniani sorore patrem, fratres fuisse, nec ex jam dictis verosimile est, nec ullo idoneo teste firmari potest. Quod si Justinianum Justiniani filium adoptivum statuas, jam Justinum et Tertullum Senioem fratres fuisse, necesse est; refragante non solum Procopio num. superiore laudato, sed omni etiam antiquitate. Wion sæpe citatus hac ratione procedit: Justiniano, de quo num. 65, tres filios fingit, Germanum, Justiniani imperatoris sorori maritatum, Eupropium, S. Benedicti patrem, et Tertullum Senioem, S. Placidi avum. Tum Ger-

mano huic, Vitalianum, Germanum alterum Mathasuentæ maritum, et Justinianum imperatorem filios tribuit: quibus concessis, satis quidem liquet, qui Justinianus imperator et Tertullus Junior duorum fratrum filii, seu ἐξadelphοι fuerint: addit tamen Wion ad gradum 20 Anicianum de priori Germano agens: Si quis tamen aliter repererit, contentioni cedo, et merito quidem.

72 Nam quo notior est apud illorum temporum scriptores Germanus, Mathasuentæ maritus, et Justiniani non frater, sed fratruelis, ut Jornandes scribit de Rebus Geticis cap. 14 (esto, cap. ultimo Justiniani imperatoris fratrem vocet) et a Procopio, Justiniani ἀδελφός seu ex fratre nepos constanter dictus; eo apud eosdem scriptores Germanus Germani hujus pater obscurior est, neque quidquam e rebus ejus gestis, quippe qui nunquam forte in vivis fuerit, invenire potuit Wion. Ad eirum quidem illustrem, Germanum nomine, scripsit Hormisdas Papa apud Labbe tom. IV Conciliorum col. 1507; at hunc Justiniano patrem fuisse, nemo veterum dixit: Procopius autem Sabatius disertè id tribuit, ut dictum supra est. Sabatius porro, non Germano, ad quem Hormisdas scripsit, nupta fuit Bigleniza, Justiniani soror, cujus nomen Bigleniza, inquit Alemannus in cap. 12 Historiæ Arcanæ procopii, Theophilus in Vita Justiniani prodidit: nec enim alia fuisse scitur Justino soror. Unus denique a veteribus, qui sub Justino et Justiniano augustis floruit, Vitalianus memoratur, isque genere Schyta, ut Marcellinus ad Consulatum Senatoris; nec Germani filius aut Justiniani frater; sed Patriciolo natus, ut lib. 1 de Bello Persico cap. 8 Procopius tradit. Adhæc quæ Vitaliano et Justiniano esse cognatio potuit, cum Joanne, Vitaliani nepotem, Germani, Justiniani imperatoris nepotis, affinitatem, quod Germano longe esset familiæ dignitate inferior, vix sperare ausum fuisse, testis sit procopius Histor. Arcanæ seu Anecdotorum cap. 52 Frustra Wion Justiniani ad Hormisdam Epistolam allegat, qua Vitalianus Justiniani frater dicitur; sed non eo sensu, quo Wion Justiniani verba interpretatur est.

commentititæ litteræ,

E

73 Is enim erat ea tempestate viris principibus mos, ut super sacram mensam fratrum mutuo sibi fidem jurarent: quem ritum antiqui Patres, inquit Alemannus in cap. 6 Anecdotorum Procopii, sacrum fecerunt, quibus curæ fuit evertere illas humani cruoris potiones, quas adhibuerunt non solum barbari et Orientis populi, ut refert Lucianus in lib. de Amicitia, cui titulus est Τετραπτε, sed etiam Romani ad amicitias, fœdera et conjurationes stabiliendas; addens præterea, pari de causa Strategium, Felicem Papam IV, alias III, cum laicus esset, et Theodoricum Gothorum regem Justiniani fratres dictos fuisse. Neque porro dubium est, quin Vitalianus una cum Justiniano hujusmodi sedes inierit. Extincto enim Anastasio imperatore, in quem arma Vitalianus moverat, ac rerum jam potente Justino, Justinianus, teste Procopio Historiæ Arcanæ cap. 6, illico vocatum misit Vitalianum tyrannum fide publica, impunitate promissa, et una susceptis Christianorum mysteriis. Haud igitur ob sanguinis cognationem, sed initi fœderis necessitudinem, juratamque fidem mutuum Vitalianum fratrem Justinianus appellavit.

nihil denique Justiniani ad Hormisdam PP. epistola.

F

74 His plura addere necesse non arbitror, ut Pseudo-Gordiani, Wionis, aliorumque de S. Placido cum Aniciis et Justiniano cognatione opinio partim valde incerta, partim liquido falsa habeatur,

Itaque S. Placidum patre patricio Romano

A tur. Idem fere augmentum Mabillonius tractat in Appendice altera tom. I Annalium Benedictinorum subnexa, in qua de Aniciano S. Benedicti genere pag. 676, a recentioribus tantum asserto, hæc scribit: Post Trithemium, quidam auctores e nostris sanctum patrem Benedictum ex Anicia gente perillustri prognatum dixere: sed quis primus id scripserit, non ita exploratum. Angelus a Nuce ejus opinionis originem et progressum tribuit Wioni, Yepesio, Bubeo, aliisque, quibus eam asserendam relinquit; quibus ipse Mabillonius Simonem Miletum, et Johannem Seifridum Wratislaviensem, Zwetlensem olim in Austria abbatem, adjicit. Tum et Haeflerum Proleg. 44 in Vitam S. Benedicti laudat his verbis: Hanc genealogiam Benedictus Haeflenus, vir religione et eruditione insignis, ex Wione commemorare mavult, quam adstruere, ratus id non ita in promptu esse, cum non adsint veterum idonea testimonia, quibus genealogia hæc adstruatur.

actum dixisse sufficit.

B 75 Mox fundamentum duplex affert, quod Wioni contenda S. Benedicti genealogia materiem occasionemque præbuisse videtur; alterum, S. Benedicti patri Eupropio; avo autem Justiniano nomen fuisse, quod primus omnium Petrus diaconus dixit, forte, inquit Mabillonius pag. citata, num. 3, ex monasterii sui monumentis ac traditione; quibus verbis metum suum prodit, ne id forte Petri, aut alterius inventum sit, quod temporum lapsu in Ordine Benedictino invaluerit. Alterum vero, et in quo rei cardinem versari censet, eidem Justiniano, S. Benedicti avo, patrem fuisse Probum Junioem; huic porro Sextum Anicium Petronium Probum, Probæ Faltoniæ conjugem; quod de suo addidisse Wionem credit, et idoneis probari posse argumentis optat. Denique, cum id sibi compertum non haberet, satis habuit S. Benedictum liberiori, quod e Gregorio Magno liquet, seu, ut cum Floro interpretatur, nobiliori genere ortum dicere. Nobis itaque etiam, Mabillonii aliorumque supra laudatorum exemplo, cum eadem in S. Placidi genealogia a Wione contexta occurrant, S. Placidum Tertullo, viro patrio, quod item ex Gregorio Magno liquet, natum esse, dixisse sufficit. Quantus autem esset patriciatus honor ex lib. VI Variarum Ep. 2. Cassiodori dices, ubi soli consulatui inferior dicitur; neque concedi solebat, nisi viris illustri loco natis et meritorum laude conspicuis; unde Theodoricus rex apud eundem Cassiodorum lib. 3 Variarum Ep. 5 ad Importunum scribit: Tot igitur parentum laude decoratus, tot etiam morum luce conspicuus, sume post consulares fasces emeritis, patriciatus insignia, tuarum munus plenarium dignitatum; et cani honoris infulis adultam cinge cæsariem, qui meritorum laude ætatis præjudicia superasti. Hæc de paterno S. Placidi genere. Nunc pauca de materno.

Incerta pariter sunt,

C 76 S. Placidi matrem e gente Octavia oriundam fuisse Pseudo-Gordianus ait verbis § hujus principio relatis, idemque legitur apud Stephanum Aniciensem: sed is non est, qui fidem dictis suis indubiam faciat; neque liquet, ipsene id primus finxerit, an e traditione majorum acceperit. Gentem Octaviam, Velitris oriundam, Tarquintus Priscus Romam transtulit, in senatumque adsevit; Servius Tullius patriciam fecit. Ad plebem translata consules quinque, triumphum unum obtinuit; sed illam ordini patrio restituit C. Julius Cæsar dictator, quæ e variis auctoribus congressit Petiscus in Lexico Antiquitatum. Nomen matris S. Placidi, Pseudo-Gordiano, ut apparet, ignotum, Octobris Tomus III.

Joannes Petrus Villadecanus prodidit, eamque Faustina dicit, sororem Elpidis, Boetii a Theodorico rege occisi uxoris, et T. Annii Placidi V. C. et Cos. filia, ut Wion refert post gradum Anicianum vigesimum, ubi de Anictorum Boetiorum gente disserit. Nos vero id non audemus affirmare, cum veterum testimonia desint, caute hic ait Wion, quæ tamen in illo cautela non raro desideratur, ut tum ex jam dictis, tum ex mox dicendis apparebit.

AUCTORE J. B.

E 77 Porro ex Tertulli et uxoris anonymæ conjugio natos ait Pseudo-Gordianus apud Mabillonium æque ac apud Cajetanum liberos quatuor, S. Placidum; natum, ut volunt, maximum, Victorinum, Eutichium et Flaviam, omnes una cum S. Placido passos. At e laterculis Hieronymianis emendicata esse hæc nomina, ac S. Placidi Fratribus ac Sorori afficta, quod vera eorum nomina Actorum inventori comperta non essent, ob dicta § 1, num. 10 non omnino injuria suspicari quis potest. His quintam addit Wion, videlicet, ut illam nominare illi placuit, Aniciam Silviam Probam; de qua ad gradum Anicianum 22 ita scribit: Anicia Silvia Proba, Tertulli filia, nupsit Ilduino Marcio duci Mediolanensi, ut auctor est Thomas Porcacchius lib. III Familiae Malaspinae: ex quo mater effecta est Accini Martii, qui, Martio cognomento relicto, primus familie Malaspinae nomen intulit: et Alsuindæ Martiæ, uxoris Garimbaldi Bajoariorum regis. Voluitne, hic sibi credi Wion, non allato veterum testimonio, qui pari de causa Villadecanio paulo ante non credidit? Qua porro auctoritate laudatus a Wione Porcacchius, Silviam S. Placidi sororem fuisse, vel certe Silviam Ilduino duci Mediolanensi nupsisse affirmet, nec edicit Wion, nec mihi exploratum est, cui citatum Porcacchii Opus consulere non licuit.

quæ de matre non illius generi

esse dicitur

est

E

F 78 Attamen, quo hoc loci sive de suo Wion, sive e Porcacchio narrat, haud satis mihi fundata apparent. Alsuindam quidem a Paulo diacono lib. II de Gestis Langobardorum cap. 29 et seq. memoratam invenio, sed Alboini Langobardorum regis filiam, ad Tiberium imperatorem a Longino, Ravennæ præfecto, Constantinopolim directam, vel ad Justinum Juniorem, Tiberii decessorem, ut Agnellus in Vita Petri Senioris, Ravennatis episcopi, scribit. Gemini quoque idem Paulus Garibaldi, Bajoariæ ducis, meminit; unius quidem lib. I, cap. 21, et lib. III, cap. 40 et 29: alterius vero lib. IV, cap. 41. Sed utriusque conjugem tribuit longe aliam; Walderadam scilicet, Cuswald seu Theobaldo Francorum regi prius nuptam, Garibaldo hujus nominis I Bajoariæ duci; sed Garibaldo II Gisulfi Foro-Julienensis ducis filiam. Lib. enim IV, cap. 38 de Gisulfi filia-bus ita loquitur Paulus: Quæ postea (occisis a Cacano, Avatorum rege, earum parentibus) per diversas regiones venundatæ, juxta nobilitatem suam dignis sunt nuptiis potitæ. Nam una earum Alamannorum regi, alia vero dicitur Bajoariorum principi nupsisse. Dein vero cap. 41 ita scribit: Hiis temporibus mortuo Tassilone duce Bajoariorum (illius nominis I) filius ejus Garibaldus in Agunto a Slavis devictus est. Ita ut Paulus Garibaldi nomen, quod cap. 38 reticuerat, expressisse videatur cap. 41. Ut sit, neutri Garibaldo alias uxores tribuunt, qui de rebus Boicis ex instituto scripsere, ut Velserus, Brunnerus aliique. Sed jam ad alia progrediendi tempus est.

narrantur.

etiam

F

AUCTORE
J. B.

§ VI. S. Placidi nativitas, oblatio S. Benedicto, vita monastica Sublaci, dum una cum S. Benedicto inde Casinum abiit.

Natum, ut aiunt, anno 515,

Acta S. Placidi a Mabillonio edita natum disertè aiunt num. 83 apud nos anno Incarnationis Dominicæ quinto decimo ac quingentesimo, idemque colligere est ex num. 5, ubi S. Placidum septennem, seu, ut rursum legitur num. 83, anno septimo ætatis suæ Tertullus S. Benedicto obtulisse dicitur: Divinæ Incarnationis anno xxii ac quingentesimo; unde si septem annos demas, ad annum 515 pertinges: at perperam eodem num. 5 Tertulli ad S. Benedictum accessus, et Placidi oblatio, temporibus Julii Papæ, qui sæculo iv fuit, contigisse feruntur. Unde Mabillonius non Julii, sed Joannis I, num. 4 in Actis memorati, legendum monet in margine: at hoc pacto et altera correctio adhibenda erit; et anno 522 substituendus erit 523. Pontificatum enim Joannes adeptus est, ut scribit Anastasius apud Blanchinum, sub consulatu Marimi, qui in annum 523 incidit. Eodem quoque anno facta legitur S. Placidi oblatio in Extracto Joannis Papæ XXII ex libris summorum Pontificum, quod post Chronicum Casinense sæpe citatum videre est, ac ita habet: Anno Domini dxxxii beati Maurus et Placidus recepti fuerunt a S. Benedicto. Sæculo xiv Joannes XXII Ecclesiæ præfuit; sed quæ sit librorum illorum Pontificalium antiquitas, unde id, uti et alia, quæ ibidem de S. Placido ac Sociis referuntur, accepta sunt, ignoro.

septennem S. Benedicto,

B 80 Acta vero, quæ apud Octavianum Cajetanum Stephani Aniciensis nomen præferunt vel anno ætatis suæ septimo ad finem vergente, vel octavo inchoato, S. Placidum Benedicto oblatum fuisse, his verbis memorant: Parentum diligentia nutritus Puer, et tenere, sicut oportuum fuerat, educatus, cum jam septennis pueritiæ metas attingeret, beatissimo patri Benedicto, qui territorio Sublacensi vitam angelicam exercebat, norma institutionis monasticæ regulariter imbuendus oblatusest. Horum Actorum concinnator perinde, Græcum fontem sese consuluisse, perhibet in Prologo, ac ille, qui Acta de quibus num. præcedente, conscripsit; nec tamen annum, quo natus est S. Placidus, quo S. Benedicto oblatus, quo in Siciliam missus, quo denique martyrio coronatus fuit, determinavit: unde conicere fas est, hæc omnia Actis Græcis, si revera aliquando existerint, adjecta fuisse ex Benedictinorum qualicumque traditione; annis equidem Incarnationis usus non est Gordianus: hic enim calculus, etsi ab anno 532 a Dionysio exiguo compositus, longe post usu receptus est, ut docet Mabillonius de re diplomatica lib. ii, cap. 25; qui scriptorem Victore Tununensi, qui annum ab Incarnatione Domini 567, sed vice tantum simplici, numerat in summa annorum, quam suo Chronico subiecit, antiquiorem non invenit. Haud itaque certus est annus S. Placido natalis: quia tamen anno 515 natum esse, communis est scriptorum assertio, nec hæc aliunde falsi convincitur, illo et nos tamquam vero illius natali utemur.

81 Quod vero ad annum, quo S. Benedicto oblatus est, attinet, neque de illo quidquam certi statuimus: cum tamen anno ætatis suæ septimo utraque Acta oblatum affirmet, et quidem ad finem jam vergente, vel completo, ut apud Stephanum Aniciensem legitur; annus vero S. Placidi septimus completus, seu octavis partim in annum 522, partem in sequentem incidit, eo magis inclinamur, ut anno potius 523, quam 522 in Actis Mabillonianis expresso, id contigisse putemus; et vel ideo maxime, quod posteriorum Actorum concinnator Joannem Papam, cujus paulo ante memineral, hoc quoque loco indicasse videatur, non ejus decessorem Hormisdam, nedum Julium, tum dudum e vivo ereptum. Sed quidquid sit de anno, certum est S. Placidum, nondum pueritia egressum, S. Benedicto a Tertullo oblatum ex Gregorio Magno, qui lib. ii, Dialogorum cap. 3 rem gestam ita describit: Cum factus vir (Benedictus) diu in eadem solitudine (Sublacensi) virtutibus signisque succresceret, multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei sunt servitium congregati, ita ut illic duodecim monasteria cum omnipotentis Jesu Christi Domini opitulatione construeret, in quibus statutis patribus duodecos monachos deputavit; paucos vero secum retinuit, quos adhuc in sua presentia aptius erudiri judicavit. Cæpere etiam tunc ad eum Romanæ urbis nobiles et religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare. Tunc quoque bonæ spei sobiles Equitius Maurum, Tertullus vero patricius Placidum tradidit: e quibus Maurus Junior cum bonis polleret moribus, Magistri adjutor cæpit existere; Placidus vero puerilis adhuc indolis gerebat annos.

anno verisimilius 511 Sublaci

C 82 Ipsis Gregorii verbis, eadem narrans, subinde utitur apud Mabillonium Pseudo-Gordianus, ut consultum a se fontem plane detegat. Quid quid proinde præterea memorat de splendido Tertulli Benedictum adeptis comitatu Romani imperii optimatum, de singulari illius apud imperatorem gratia, ac de negotiis imperialibus, signentis annuero. Et vero quænam imperialia illa negotia, quibus implicabatur? Num Theodorici? At is, teste Procopio lib. i de Bello Gothico cap. 1, Romani imperatoris nec insignia nec nomen usurpare voluit, vicique regis appellatione contentus, nec alium ipsi titulum scriptores passim tribuunt: sicut nec Clodoceum, Francorum regem, etsi ab Anastasio imperatore consulem et augustum honoris gratia salutatum, imperatorem aut augustum, cum de illo loquuntur, passim mancunt. Num Justinus? Is vero in Oriente imperabat; nec satis apparet, quibus sub Theodorico negotiis Tertullum Romæ commorantem implicitum tenuerit. Nihil horum apud Stephanum Aniciensem legitur, qui rem totam verbis num. 80 transcripsit absolvit; ut is signa hujusmodi vel in Actis Græcis non invenerit, vel inventa, velut a vero aliena, sibi recidenda verosimillime sit arbitratus.

Tertullus patenter obtulit,

F

85 Illud præterea ex eodem Gregorio certum fit, pueros, quos parentes S. Benedicto offerebant, non hunc solum in finem offerri solitos, ut illos artium profanarum disciplinis imbueret; sed vel maxime etiam ut virtute ac pietate institueret, quod, recte inquit Mabillonius lib. ii, num. 3, ad annum 522 in Annalibus Benedictinis, perspicuis verbis declarat Gregorius, cum eos tradit suos et filios OMNIPOTENTI DEO NUTRIENDOS dedisse: quos satius fuisset Romæ erudiri, si de solis scientiis, ut quidam novatores inepte fabulantur, et non de moribus ac pietate eorum parentes

A rentes potissimum curassent, uti certe curabant. Sic tamen, ut congruè eruditioni secundas darent. *Nec ullus dubitandi locus est, quin Equitius et Tertullus liberos suos, Maurum et Placidum, S. Benedicto eadem mente obtulerint, voluerintque, ut ex magistri sui institutis religiosam vitam perpetuo ducerent. Sed an solemnè illo ritu, quem in sua Regula Benedictus præscripsit, Deo oblati fuerint, non liquet, inquit Mabillonius loco mox laudato. Dubitationem Mabillonio attulisse videtur, quod Benedictina Regula, ut num. 2 scribit, quo tempore Placidum in discipulorum suorum numerum S. Benedictus retulit, concepta tantum et adumbrata, postmodum vero in monte Casino absoluta fuerit. Eo tamen propendet, ut solenniori illo ritu libros suos Benedicto obtulerint: Quamquam non levis hujus rei conjectura, inquit, ex eo deducitur, quod amplissima simul cum illis prædia, magnasque possessiones donasse memorantur.*

sed an oblatione solemnè,

84 *Ritus suscipiendi nobilium ac pauperum filios, de quo Mabillonius, in Regula Benedictina cap. 66, lib. de Concordia Regularum, notis et observationibus a Menardo illustrata, ita describitur: Si quis forte de nobilibus offert filium suum Deo in monasterio, si ipse puer minore ætate est, parentes ejus faciant petitionem (id est, scripturam obligatoriam, inquit Menardus in cap. 65) quam supra diximus: et cum oblatione ipsam petitionem et manum pueri involvant in palla altaris, et sic eum offerant. De rebus autem suis, aut in præsentì petitione promittant sub jurejurando, quia numquam per se, numquam per suffectam personam, nec quolibet modo, ei aliquando dent, aut tribuant occasionem habendi: vel certe si hoc facere noluerint, et aliquid offerre voluerint in eleemosyna monasterio pro mercede sua, faciant ex rebus, quas dare voluerint, monasterio donationem, reservato sibi (si ita voluerint) usufructuario. Atque ita omnia observantur (alibi legitur: obstruantur) ut nulla suspicio remaneat pueri, per quam deceptus perire possit (quod absit), quod experientia didicimus. Qui vero ex toto nihil habent, similiter petitionem faciant, et cum oblatione offerant filium suum coram testibus.*

C magis incertum, quam Mabillonius credat.

85 *Hoc igitur nobiliorum ritu S. Placidum a Tertullo patre S. Benedicto oblatum fuisse, ex oblati simul amplissimis prædiis ac possessionibus Mabillonius non leviter suspicari se ait: verum quod sibi hic sumit Mabillonius, Actis ab illo editis plane contrarium est: in his enim num. 5 Tertullus S. Benedictum accessisse, eique S. Placidum Sublaci obtulisse legitur divinæ Incarnationis anno 22 ac quingentesimo. At ex num. 13 et seqq. manifesto colligere est, S. Benedictum, relicto Sublaco, prius Casinum adisse, quam ulla a Tertullo prædia possidenda acceperit; Benedicti vero ad montem Casini accessum Mabillonius ipse lib. III Annalium num. 5, anno 528 innectit. Privilegium quidem Tertulli, Casinensi Chronico, mihi pag. 766, subnezum, quo S. Benedicto patrimonii sui villas, quas in Sicilia habebat, concessit, datum legitur Anno imperii Justiniani quinto, die vero xv Calen. Julii, qui annus et dies annus 523 designant; cum anno 518 die ix Julii Justinianus imperium sit consecutus. Atque ita quidem hoc privilegium donationem illam eodem saltem circiter tempore, quo Placidus oblati est S. Benedicto, factam esse videtur innuere: verum id fictitium esse jam dictum est ante, ac denovo ex eo liquet, quod S. Benedicti veluti jam*

tum Casinensis abbatis meminerit his verbis: Concedo tibi in perpetuum patri patrum Benedicto, et tuis successoribus in Casini cœnobio etc. Meminit ejusdem donationis Leo Marsicanus lib. 1, c. 1, et vetus monasterii Casinensis Kalendarium, lib. III Annalium num. 25 a Mabillonio laudatum; at in neutro factæ donationis annus exprimitur; adeo ut nec de illo certi quidquam statui possit, quamquam illum cum anno oblationis S. Placidi Mabillonius confundat.

AUCTORE J. B.

86 *Quod autem ad locum spectat, in quo Placidus S. Benedicto oblati, et religiosæ vitæ rudimenta exorsus est, hunc Sublacum fuisse, ubi jam duodecim monasteria a S. Benedicto erecta visabantur, a Gregorio Magno indubitatum est. Sic loci hujus situm in Thesaurò Geographicò describit Ortelius: Latii Mediterraneî oppidum est circa Anienis fontes. Quadraginta millibus ab Urbe abesse, scribit Diaconus. Italis Subiaco dicitur. Nominis etymologiam docet abbas Angelus de Nuce in Annotatis ad cap. 1 Vitæ S. Benedicti. Apud aliquos, inquit, reperio Sublaqueum, sed Sublacus vel Sublaceus retinendum est a situ, nam sub lacu positum est castrum Sublacus: Anio enim fluvius inter Simbruinos montes in Æquicolis excurrens, obstructis a Nerone vel a Claudio angustis illorum montium faucibus, ad mille circiter passus supra prædictum castrum, aquas in summo stagnare fecit et in lacum colligi atque extendi, quæ postea ex præruptis cataractis præcipites cum fragore ruebant. In eo lacu, cujus superficies sacellum S. Placidi, quod etiamnum visitur, requabat, Placidus a Mauro aquarum vorticibus ereptus est. Nunc vero disruptis claustrorum obicibus, resides aquæ, pristinam libertatem adeptæ, inferius fluunt, factitio illo lacu cessante, cujus fossa tantum et cavitas nunc apparet. Adficio duodecim monasteriorum supra e Gregorio memoratorum nomina ex auctore eodem in Annotatis ad cap. 3 Vitæ S. Benedicti: Sunt autem sacra Specus: SS. Cosmas et Damianus, nunc S. Scholastica. S. Angelus post lacum. S. Maria, nunc S. Laurentius. S. Hieronymus. S. Joannes Baptista, nunc Joannes ab Aquis. S. Clemens prope lacum. S. Blasius, hodie S. Romanus. S. Michael archangelus sub sacra specu. S. Victorinus ad radices montis Porcarii. S. Andreas et Vita æterna, nunc Vallis sancta. Addit Mabillonius in Annalibus ad annum 520: Omnia, si duo priora, quæ hactenus superstant, exceperis aut in parietinas, aut certe in simplicia oratoria seu sacella redacta sunt.*

Ex quo vero Sublaci fuit,

Magister rursus, ut, cum magister, non, aut abbas, exibat

E

F

87 *S. Placidum, quem lib. II Dialogorum cap. 5 Puerulum vocat Gregorius Magnus, septennem vero fuisse, Acta utraque dicunt, cum S. Benedicto oblati fuit, in Sublacensi hac solitudine insignem brevi pro ætate suæ in virtute et morum sanctitate sub tanto duce ac magistro progressum fecisse, nullus merito neget. Sane quod de Placido cap. 7 laudatus mox Gregorius, et ex eo Acta utraque referunt, humilitatem ejus et obedientiam magnopere commendant: unde nimirum intelligitur, S. Placidum, licet illustri genere ortum, ad obeunda vilissima etiam ministeria, et ad quævis magistri sui imperia peragenda promptum paratumque se exhibuisse. Gregorium potius, quam Acta audiamus. Quadam vero die, inquit ille, dum idem venerabilis Benedictus in cella consisteret, prædictus Placidus puer, sancti viri monachus, ad hauriendam de lacu aquam egressus est: qui vas, quod tenerat, in aquam incaute submit-*

laudabiliter se gessit;

Magister cum, utrumque in, magister, non, aut abbas, exibat

AUCTORE J. B.

tens, ipse quoque cadendo secutus est. Quem mox unda rapuit et pene ad unius sagittæ cursum eum a terra introrsus traxit. Vir autem Dei intra cellam positus, hoc protinus agnovit, et Maurum festine vocavit dicens: Frater Maure, curre, quia Puer ille, qui ad hauriendam aquam perrexit, in lacum cecidit: jamque eum longius unda trahit. Res mira, et post Petrum Apostolum inusitata. Benedictione etenim postulata atque percepta, ad patris sui imperium concitus perrexit Maurus: atque usque ad eum locum, quo ab unda deducebatur Puer, per terram se ire existimans, super aquam cucurrit, eumque per capillos tenuit, rapido quoque cursu rediit. Qui mox ut terram tetigit, ad se reversus post terga respexit, et quia super aquas cucurrisset, agnovit, et quod præsumere non potuisset, ut fieret, miratus extremuit factum.

veri nominis jam tum, ut videtur, monachus,

88 Quo anno id contigerit, nec ex Gregorio, nec ex Actis S. Mauri aut S. Placidi confici potest: refert id tamen Mabillonius ad annum 528 sexennio circiter post oblatum S. Benedicto Placidum, quo tempore hunc novitium adhuc fuisse, existimasse videtur Mabillonius tom. I Actorum Benedictinorum pag. 9 in Gregorii huc transscripta paulo ante verba ita annotans: Nam primis Ordinis nostri sæculis novitii vestem sæcularem et capillos servabant. *Stricti nominis monachum tunc fuisse, Martenius lib. v, cap. 7 de Antiquis monachorum ritibus contendit. Verba illius sunt num. 5: Confirmantur hæc omnia (dixerat, fuisse monachos, qui forcipibus capillorum superflua inculte sibi præscindebant, ita ut, cum nonnihil crevissent, manu facile apprehendi possent) ex lib. II Dialog. S. Gregorii Papæ, ubi refert, Placidum puerum a S. Benedicto ad aquam hauriendam missum, et in lacu de lapsum, a S. Mauro per capillos apprehensum, ex aquis extractum fuisse: non enim placet, quod ad hanc sibi objectionem respondet Benedictus Hæftenus, S. Placidum adhuc puerum a patre Tertullo jam tunc primum oblatum, eo tempore fuisse novitium, nec proinde ante solemnem professionem attonsum: nam et illa solemnis oblatio vim professionis obtinebat, puerosque Deo ita consecrabat, ut ad sæculum deinceps redire non possent, ut probamus in Commentario ad caput 59, eaque semel peracta, veri censebantur monachi, unde et ipse Placidus, licet puer, tamen a S. Gregorio ibidem, et a Fausto in Vita num. 44 SANCTI VIRI MONACHUS appellatur. Neque Mabillonius in Annalibus Benedictinorum ad annum 528, num. 2 id inficiari videtur, ubi Placidum a Mauro per capillos aqua extractum memorans, missa priore observatione de habitu sæculari ad professionem usque a novitiis servato, ita observat: Nam monachi tunc ad cutem resecti non erant: Et num. 8 hæc insuper habet: Pueros oblatio parentum monachos, adultos sua quempe professio faciebat. Cum igitur ad annum 522 S. Benedicto Placidum oblatum scribat, ex tunc quoque monachum fuisse, hoc loco fateri videtur.*

nec Baillet, in Maurum et Placidum minus æqui, censura dignus.

89 Porro non sine prodigio Placidum a S. Mauro undis ereptum fuisse, Gregorii verba sat manifesto produnt: Bailletus tamen obscure admodum ea de re scribit in Vita S. Placidi, cum ait, Maurum nando aquas subisse et calcasse: si nando Maurus Placidum undis eripuit, ridicule id Gregorius, tanquam rem post S. Petrum Apostolum inauditam recitavit, quod de tanto Pontifice suspicari nefas; nec minus inepte Petrum ita loquen-

tem induxisset: Magna sunt valde, quæ narras et ad multorum ædificationem profutura: ego autem boni viri miracula, quo plus bibo, eo plus sitio: nimirum S. Benedicti, cujus meritis vitam sibi conservatam S. Placidus non obscure acceptam retulit, ut narrare Gregorius post verba num. 87 relata pergit. Addit ibidem Bailletus, eam Placido principio fuisse vitæ rationem, ut ætatis imbecillitatem non parum saperent; id est, si Bailleti sensum calleo, Pueri mores pariter non parum pueriles principio fuisse: sed dein ita emendasse, ut Christianæ ac religiosæ perfectionis, ac maxime obedientiæ culmen ascenderit. Haussit id verosimiliter Bailletus ex verbis Gregorii lib. citato cap. 3. E quibus Maurus Junior, cum bonis polleret moribus, magistri adjutor cœpit existere: Placidus vero puerilis adhuc indolis gerebat annos. At aliud est puerilis indolis annos gerere, aliud puerilis indolis vitia suis moribus exprimere. Equiora de Placido sensit Zacharias Papa, Gregorii verba hunc in modum interpretatus: 'Ο δε Πλακιδος νεος ετι υπαρχων ἀκηραιος πνευσι της εαυτου νεστητα κατεδουμαζεν. Placidus vero, cum puer adhuc esset, asceticis laboribus pueritiam edomabat. Quod efficere poterat, licet imbecillæ ætatis vitii vel nunquam, vel forte raro succumberet.

90 Facere huc multum poterat singularis, tum amor, tum cura, quam erga Placidum S. Benedictus habuisse videtur. Colligi id potest non modo ex iis, quæ jam dicta sunt de Gregorio; sed etiam ex iis, quæ cap. 3, lib II Dialog. idem Gregorius refert, et post illum Acta tam a Mabillonio edita num. 8, quam ab Octavio Cojetano num. 7. Tria nimirum e duodecim solitudinis Sublacensis monasterii rupibus erant imposita, unde periculosus ac difficilis erat ad lacum, e quo aqua monachorum usibus necessaria hauriri debebat, descensus. Suorum itaque commodo consulturus pius pater, noctu ad montis rupem progreditur, fusisque Deo precibus, fontem in ea loco suis commodiore situm impetrat. Quod cum faceret, unum e discipulis suis omnibus sibi comitem, reique spectatorem voluit Placidum. Nec minus paternam S. Benedicti erga discipulos suos curam prodit, quod ex Gregorio itidem Acta Mabilloniana narrare pergunt a num. 9; silentibus hic Actis ab Octavio Cajetano editis sub nomine Stephani Aniciensis. Florentius quidam presbyter, stimulis invidiæ percitus, veneno Benedictum e medio tollere frustra tentarat: at qui magistro vitam eripere nequiverat, atrociorum discipulis cladem inferre studuit, obiecto puerilibus oculis fædo perinde ac periculoso spectaculo.

S. Benedicti erga Placidum et reliquos discipulos amor et cura,

91 Versabantur discipuli illi eodem, quo Benedictus, loco; eorumque, ut apparet, curam per se ipse gerebat: quare in hortum S. Benedicti cellæ propinquum nudarum puellarum chorum, proterve ludentium, mittit Florentius, quarum aspectu fragiles puerorum animi ad libidinem commoverentur: quod ubi S. Benedictus advertit, custodiri pueros sedulo jussit; nec eo contentus, compositis illico rebus, tyronibus suis multo magis, quam sibi a Florentio timens, paucis comitatus monachis Sublaco recessit. Ita fere Gregorius. At Pseudo-Gordiano apud Mabillonium Gregorii dictis nonnulla addere visum fuit. Discipulorum nomina, qui Benedictum Sublaco abeuntem comitati sunt, non expressit Gregorius: hos inter Pseudo-Gordianus Maurum et Placidum diserte numerat num. 12. Præterea num. 10, Benedictum Sublaco recessisse divina revelatione admonitum, quod

quibus sit, ut Casinum cum Placido,

AUCTORE
J. B.

A quod ut negare praefracte non ausim, ita nec pertinaciter asserere; cum nihil ea de re occurrat apud Gregorium in Vita S. Benedicti, idque Marcus poeta verbis num. 100 citandis videatur innuere. Quam vero Benedicto num. 11 monachis, quos Sublaci relinquebat, vale dicenti orationem tribuit, non discedentis Benedicti, sed, quid in illo discessu contigerit, divinantis inventum esse, non dubito. Placidum vero Benedicto Casinum abeunti comitem fuisse, verosimile mihi admodum apparet; tum propter singularem, quam de illo Benedictus gessit curam, tum quod, teste Gregorio cap. 8, Florentii invidiam efferit, quod lapsus adhuc tenerioribus discipulis, e quorum numero certe Placidus erat, pertimesceret.

at non cum Mauro,

92 Quod vero ad Maurum attinet, Pseudo-Gordianus discipulos illos, quos in perniciem trahere Florentius molebatur, fuisse Maurum et Placidum, num. 10 et seqq. diserte affirmat, ac propterea num. 12 non modo Placidum, sed et Maurum Benedicto Casinum abeunti comitem facit; utrum recte, nunc inquiri: certum est, vitam S. Benedicti a Gregorio Magno conscriptam, Actis S. Placidi auctoritate et pondere plurimum praevallere. Atqui lib. II Dialog. cap. 8

B Gregorius Benedictum Sublaco Casinum abuisse sine Mauro ait: sic enim habet: Nam cum praedictus presbyter (Florentius) stans in solarium, Benedictum discessisse, cognosceret et exultaret, perdurante immobiliter tota domus fabrica, hoc ipsum, in quo stabat, solarium cecidit, et Benedicti hostem conterens, extinxit. Quod viri Dei discipulus, Maurus nomine, statim venerabili patri Benedicto, qui adhuc a loco eodem vix decem millibus aberat, aestimavit esse nuntiandum dicens: Revertere, quia presbyter, qui te persequatur, extinctus est. Fuisse igitur videtur Maurus ex eorum numero, quos Benedictus Sublaci reliquerat, dum interim ipse Casinum pergeret; ac iter prosequente Benedicto, Sublacum, unde venerat, rediisse.

qui ob Pseudo-Gordiani verba

93 Hinc Mabillonius in Annotatis ad Acta S. Placidi locum hunc erroris arguit: His, inquit, caput octavum Vitae S. Benedicti adversatur, ex quo S. Maurum tum apud Sublacum remansisse intelligitur. Verum tom. I Annalium ad annum 528, num. 4 haud ita affirmative loquitur, cum ait: Maurus iste (qui Florentii mortem S. Benedicto Casinum abeunti nunciavit) an Equitii filius sit, etsi asserit liber de Vita S. Mauri, dubitant quidam e nostris, nec sine fundamento: tum quia Benedictum Sublaco discedentem comitatus est S. Maurus: tum quia Gregorius, nominato semel Mauro Equitii filio, (cap. 3) Maurum simpliciter in consequentibus (capp. 4. 6. 7.) semper vocat: cum hic longo verborum ambitu VIRI DEI DISCIPULUS, MAURUS NOMINE, appelletur. Fundamentum equidem hic aliquod agnosco; non tamen tale, propter quod sententia, quae Maurum una cum Benedicto Sublaco abuisse statuit, contrariae praeferenda videatur: cum enim aiunt, Maurum S. Benedicto Sublaco abeunti comitem fuisse, sibi sumunt, quod evictum dare deberent.

duplicandus non videtur,

94 Nec magis urget ratio, quae e modo petitur, quo Maurum, Florentii mortis nuncium, Gregorius cap. 8 appellavit. Etsi enim idem Pontifex cap. 3 Placidum Tertulli filium dixerit, ac mox eodem capite (verba illius habes num. 81) sine addito Placidum nominarit: tamen cap. 5 non absimili verborum ambitu utitur, ita de Placido scribens: Cum parvulo puerulo, nomine

Placido, cujus supra memoriam feci. Si igitur hic non necessario verborum ambitu usus sit Gregorius in Placido, quid ni et usus forte fuerit in Mauro, etiam omissa hoc, similiter additamento, cujus supra memoriam feci, quod non ubique Gregorius adhibet. Utut dubia videri possint Gregorii verba, mihi equidem apparet verosimilius, Maurum Equitii filium a Gregorio cap. 8 verbis num. 92 supra adductis, designatum fuisse; vel maxime, quod laudatum Gregorii textum ita manifesto intellexerit Zacharias Papa, Graecus Gregorii interpres, qui illum sic Graeco idiomate reddidit: Τοῦτο θεασάμενος ὁ ἀνοήτερο πολλὰς μηχανηθείς Μάυρος etc. Id cum vidisset sepe supra memoratus Maurus etc. Quae verba de solo Mauro, Equitii filio, intelligi possunt. Zacharias certe, qui anno 741 Pontificiam sedem occupare cepit, licet rem sua auctoritate, utpote a saeculo VII, sub cuius initium Gregorius obiit, intervallo satis longo remotus, certam facere nequeat, Pseudo-Gordiano tamen multo antiquior est, et fide dignior. Quod autem Maurum Sublaci Benedictus reliquerit, etsi illius aequae ac Placidi insignem curam procul dubio gesserit, mirum videri non debet: altiores enim Maurus in virtute radices egerat, eoque de causa jam ante, ut Gregorii verbis utar, Magistri adjutor exstiterat.

95 Si annus quaeritur, quo Sublaco Casinum montem una cum Placido Benedictus petiit, quem Gregorius tacuit, Pseudo-Gordianus expresse praedit his verbis num. 11: Haec cum dixisset (Benedictus) anno Domini Incarnationis quingentesimo vigesimo nono, temporibus Justiniani (imo Justiniani; Justinus enim hujus decessor imperare desiit anno 527) monocratoris, oratoria cuncta, quae construxerat (Sublaci,) adjunctis in unoquoque duodenis fratribus, sub statutis Praepositis ordinavit, et duobus angelis, tribus corvisse comitantibus ad, Cassinum castrum pergere cepit. Verum hunc Pseudo-Gordianus certum facere nequit; neque aliunde certa suppetunt testimonia, quibus annus ille determinetur. Pro anno quingentesimo vigesimo nono, quingentesimum vigesimum octavum lego ad calcem Chronici Casinensis anno 1603 Parisiis impressi pag. 760. Camillus Peregrinus in Serie Abbatum Casinensium S. Benedicti e Sublacensis monasterio discessum et ad castrum Casinum accessum alios in annum Christi 527, alios in annum 528, alios tandem in annum 529 referre ait: neque multo propius eundem annum Mabillonius in Annalibus Benedictinis definiit, haec tantummodo scribens ad annum 528, num. 7: Hic sancti patris (Benedicti) in Casinum montem adventus statuitur jam inde a multis saeculis anno vicesimo-octavo, vel insequenti supra quingentesimum, ut adeo haec ex parte certi erroris Pseudo-Gordianus argui nequeat.

migrare compellatur sub annum 528.

§ VII. S. Placidus Sublaco Casinum tendit: conditur Casinense monasterium, et ditatur a Tertullo S. Placidi patre.

Gregorius Magnus, licet S. Benedicti e sublaco discessum, hujus occasionem, ac ad montem Casinum accessum lib. II Dialog. cap. 8 memoret, nihil tamen de is refert, quae in illo itinere contige-

S. Benedictus, Placidus, et Maurus secundum Acta

AUCTORE
J. B.

tigerunt : æque altum de his in Actis, Stephano Aniciensi adscriptis et ab Octavio Cojetano editis, silentium est. Oberiora hic sunt, ut passim alibi, Acta a Mabillonio edita. Hæc itaque audiamus : post verba num. præcedenti relata ita proseguuntur : Cumque juxta civitatem Alaternam (lege, inquit Mabillonius, Alaterinam) devenisset, (cum SS. Mauro et Placido S. Benedictus) in monasterio S. martyris Christi Sebastiani susceptus est, nimirum a S. Servando diacono, ut proxime sequitur. Est autem Alatrum, quod et Aletrium, veteris Latii civitas in Hernicis sita, et summi Pontificis hodie subjecta dominio. Alatrinorum præsulum seriem, quorum agmen ducit Paschasius, qui una cum Vigilio Papa Constantinopolim adit et Theodori Casarensis episcopi condemnationi subscripsit, Ughellus exhibet tom. I Italix Sacra: auctæ col. 288 et seqq. Quinto Verulis lapide, Casino vero trigesimo distat. Porro existisse S. Benedicti tempore in Campania (intellige Romana, quæ, ut Baudrandus scribit, complectitur majorem partem antiqui Latii, in quo erant, præter ceteros populos, Hernici) monasterium, cui Servandus diaconus præerat, Gregorius sæpe citatus docet lib. II Dialog. cap. 35 his verbis : Alio quoque tempore Servandus diaconus atque abbas ejus monasterii, quod in Campaniæ partibus a Liberio quondam patricio fuerat constructum, ad eum visitationis gratia ex more convenerat.

Sublaco Alatrum profecti hospitatur apud Servandum :

97 Quæ vero deinde narrat Gregorius de Benedicto apud eundem Servandum hospitante, luculente ostendunt, non exiguum inter S. Benedictum et Servandum amicitiam intercessisse, quæ forte Pseudo-Gordiano, Gregorii vestigia hic passim legenti, occasionem præbuere asserendi, S. Benedicto, dum Sublaco Casinum properaret, una cum Sociis suis Servandum hospitii jura porrexisset. Hunc S. Benedicti hospitem Sancti titulo Acta Mabilloniana insigniunt; at alibi hoc titulo ornatum non inveni. Liberius, canobii S. Sebastiani conditor, idem est Baronio in Annalibus ad annum 526, qui Liberius patricius, prætorio Galliarum sub Athalarico præfectus. Favent Baronianæ opinioni temporum notæ, et præclara, quibus a scriptoribus æqualibus Liberius ornatur, elogia. Inter alios Ennodius, Ticinensis episcopus, multis sese illi nominibus obstructum scribit lib. IX, Epist. 23, qua in ejus laudes late excurrit. Virum beneficium fuisse, ex ejus Epitaphio, quod Arimini a filiis illi positum fuit, ac integrum habes ex Sirmundo hoc tom. pag. 63, liquet, in quo inter ceteras ejus laudes, viri beneficentia commendatur hoc versu :

Veruli inchoatam a S. Benedicto S. Erasmi monasterium,

Cunctis mente pater, toto venerabilis ævo.
98 Alatro S. Benedictum Acta Mabilloniana Verulum aiunt esse progressum, alteram Latii in Hernicis civitatem episcopalem, Pontifici Romano subjectam. Quid vero illic actum sit, ita exponunt : Inde quoque vir Dei recedens, et sancto Servando diacono valefaciens, cum discipulis suis Placido atque Mauro juxta civitatem Herculanam (lege Verulanam) devenit in locum scilicet, qui AUREOLA ab accolis appellabatur; in quo dum pervenisset, agnovit per Spiritum Sanctum, congregationem religiosorum virorum ibidem esse futuram, fundamentaque ipse pro ecclesia construenda manibus suis faciens præcepit discipulis suis, Placido atque Mauro, quatenus eandem ecclesiam in honore sancti martyris Christi Erasmi a se fundatam ad finem perducerent, sicque Cassinum venirent, quod et fecerunt.

S. Erasmus martyr, de quo hic sermo est, Formiis in Campania annuntiatur, illiusque Acta ad diem 2 Junii illustravit Henschenius pag 211 et seqq. : ubi Commentarii prævii num. 5 ex his ipsis Actis, S. Benedictum Erasmo martyri addictum fuisse videri, relatis Actorum verbis mox citatis observavit.

99 Mabillonius in Annalibus rem hanc silentio præterit; an quod fidem his Actis non habuerit? An quod Maurum, Sublaci forte a S. Benedicto relictum, huic operi manum non admoisse crediderit, atque ex illa additione, si non certo falsa, certe dubia, cetera quoque nihilo certiora, et proinde Annalibus non inserenda putarit? Sed neque mihi hæc certa esse possunt ob dubiam horum Actorum fidem, nisi luculentioribus testimoniis aliunde probentur. Nihil interim ea de re apud Gregorium, nihil in Vita S. Mauri, nihil apud Stephanum Aniciensem invenias. Ut sit, equidem illic aliquando existisse monasterium, ex Ughello scribit Augustinus Lubin in Notitia brevi abbatiarum Italix, cujus in hunc modum meminit : Abbatia tit. S. Erasmi, cujus ecclesiam incepit S. Benedictus monachorum in Occidente patriarcha, perfecit S. Placidus, ejus discipulus, in dicec. sive agro Verulano, seu potius apud Verulum tribus pass. millibus ab Alatro dissita; nunc parochialis est ecclesia, cui inserviunt canonici sub superiore, abbate nuncupato, et propter abbatix secularizationem vocatur abbas secularis ab Ughello tom. I, pag. 334*, quod assignat an. 1574. Est in Latio, sive in Campagna di Roma. Ad Actorum seriem revertor.

100 Dum Maurus et Placidus operi sibi imposito incumbunt, S. Benedictus iter suum Casinum versus promovet; et, discipulis absentibus, angeli duo sub juvenum specie iter agentem comitantur, et qua eundum sit, comonstrant. Ne vero quisquam id, æque ac cetera, quæ solius Pseudo-Gordiani auctoritate nituntur, falsi suspectum habeat, lubet id testimonio luculentiori confirmare, nempe Marci, S. Benedicti discipuli, qui in carmine de eodem Sancto apud Mabillonium tom. I Actorum Benedictinorum pag. 29 ita canit :

Ad quam (arcem Casinensem) tu ex alio monitus cum monte * venires,

Per deserta tibi dux, via Christus erat.

Namque duos juvenes bivium perduxit ad omne,

Qui te firmarent, quod sequereris iter.

Ex eodem fonte haustum videtur, quod Acta subdunt : In eodem vero loco sanctus quidam vir, nomine Martinus, tunc habitaculum habebat, cui divinitus ita dictum est :

His tu parce locis, alter amicus adest.

Sic enim rursus Marcus, sed suppresso Martini nomine :

Hic * quoque viventi justo prædixerat uni :

His tu parce locis, alter amicus adest.

Addunt porro Acta, Martinum in montem Marsicum seu Massicum, in Campania Italix situm prope Calenum, Italix Carinola, abuisse; unde liquet, hunc eum esse, tum quem Gregorius lib. III Dialogorum cap. 16 in monte Marsico solitariam vitam duxisse, ac S. Benedicto notum fuisse, scribit; tum quem Martyrologium Romanum memorat ad diem xxiv Octobris, licet immutato nonnihil nomine, his verbis : In Campania S. Marci solitarii, cujus præclara opera S. Gregorius scripsit.

101 Haud multum temporis, spectatis Actorum

perficiendis illius discipulis.

E

* nuncupato

* col. 294 edit. novæ.

ipse in montem Marsicum tendit.

* Sublaco

F

* Christus

hec diu post-
issem adju-
vantibus,
Casini mona-
sterium con-
dit, ubi

rum verbis, perficienda S. Erasmi ecclesie Placi-
dus et Maurus (si quidem hic ea in re partem
habuit) impendisse videntur: nam diebus multis,
ut Verulis Casinum, quod Sublaco quinquaginta
circiter passuum millibus distitum est, S. Benedi-
ctus perveniret, haud opus fuit. Hac cum adve-
nisset, ut Acta referunt, dies quadraginta orationi
dedit; quibus elapsis, conterendo Apollinis idolo,
aris subvertendis, succedendis lucis, et condendo
Casinensi cenobio, discipulorum suorum Placidi
et Mauri opera adjuvit, incubuit. Ut proinde
illa S. Erasmi ecclesia prinitus operis non magni
fuisse videatur. Scribit tamen in margine Mabillonius:
Maurus et Placidus S. Erasmi monasterium
construunt, ut non modo S. Erasmi eccle-
siam, quod Acta habent, sed et monasterium
condidisse Mabillonius videatur adstruere; cum
tamen id Acta non adstruant, imo tantum dicant,
agnovisse S. Benedictum per Spiritum Sanctum
congregationem religiosorum virorum ibidem
esse Tuturam; subsecuturibus nempe, ut apparet, tem-
poribus. Neque scio, an tantillum temporis con-
dendae ecclesiae simul et monasterio suffecerit, nisi
forte monasterii nomine cellas aliquos quis velit
intelligi. Vereor etiam aliunde, ne plusculum hic,
quam par est, Placido tribuant Acta: nam ex
horum calculo anno 522 septimum vel octavum
aetatis suae annum agebat Placidus, atque adeo
decimum circiter et quintum anno 529 quosecun-
dum ea Acta Sublaco S. Benedictus recessit; quae
quidem aetas tantis rebus curandis et exsequendis
non satis videtur idonea.

idololatriam
evertit, quae
ad id usque
tempus

102 Verum, fortassis nonnemo inquiet, quae-
nam ista de Apollinis templo, idolo, aris et lucis
narratio est? Nondumne post jam dudum illatam
Italiae Evangelii lucem illic erant gentilium su-
perstitionum tenebrae dissipatae, ut publica etiam
idolorum templa reliqua forent, quae Benedictus
everteret? At qui Casinum ipsum jam pridem Christi
fidem profitebatur, cuius alter episcopus, Capra-
rius nomine, concilio Romano Sub Hilario; alter
vero, cui Severo nomine, concilio item Romano sub
Felice, senescente saec. v, subscriptus legitur. Sic
tamen se res habet: id enim Actorum concinnator
non sine teste asseruit; sed e Gregorio Magno de-
prompsit, qui lib. II Dialog. cap. 8 haec habet: Ubi
(in castro Casino) vetustissimum fanum fuit, in
quo ex antiquorum more gentilium a stulto
rusticorum populo Apollo colebatur. Et paulo
post de Benedicto sic loquitur: Illuc itaque vir
Dei perveniens, contrivit idolum, subvertit
aram, succendit (alios succendit) lucos, atque in
ipso templo Apollinis oraculum (oratorium) beati
Martini, ubi vero ara ejusdem Apollinis fuit,
oraculum S. Johannis construxit et commoran-
tem circumquaque multitudinem praedicatione
continua ad fidem vocabat. Nec sine fructu: ait
enim idem Gregorius cap. 19: Non longe autem
a monasterio vicus erat, in quo non minima
multitudo hominum ad fidem Dei ab idolorum
cultu Benedicti fuerat exhortatione conversa.

ibi nunquam
penitus ex-
stirpata fuisse
videtur;

103 Abbas Casinensis Angelus de Nuce in cap.
8 Vitae S. Benedicti Annotatione 23 suspicatur,
ex Gothorum superstitione idolorum cultum postli-
minio Casinum fuisse inductum: verius tamen
apparet, praeae gentilitatis reliquias Casini S. Be-
nedicti aetate fuisse superstites: cum enim in Italia
pedem Gothi fecerunt, non idololatras, sed Arianas
haereseos sectatores erant, ad quam Valente, Arianarum
partium imperatore, Gothorum gentem
fuisse traductam, Jornandes scribit cap. 23 de

Rebus Geticis; quamque haec deinde in Gallias,
Hispaniam et Italiam una cum victricibus armis
intulit. Arianismo certe jam inde a saeculi v initio
Gothorum plurimos nomen dedisse necesse est,
quo Alarici, Gothorum regis, exercitus sacro Pa-
schatis die, licet ob diei venerationem invitus,
pugnam tamen inire coactus est prope Pollentiam,
teste Orosio lib. VII, cap. 37. Superfuisse autem in
Italia hinc inde usque ad saeculum VI paganismi re-
liquias minus illi mirum videbitur, cui in mentem
venerit, quae de paganorum vel in urbe Romanasub
imperatore Honorio saeculi v initio existentium
multitudine paulo ante citatus Orosius scripta pos-
teris reliquit: Hoc igitur (Radagaio) Romanis
arcibus imminente, fit omnium paganorum in
Urbe concursus. Hostem esse cum utique virium
copia, tum maxime praesidio deorum potentem:
Urbe autem ideo destitutam et mature peritu-
ram, quia deos et sacra perdidit. Magnis que-
relis ubique agitur, et continuo de repetendis
sacris celebrandisque tractatur. Postrema quidem
Orosii verba indicant, idolorum cultum paganis-
tum Romae fuisse ereptum; at quod ea tempestate
non fiebat Romae, facitari alibi non modo tum
potuit; sed etiam multo serius, turbatis continuo
rebus Italiae, vel Arianis Gothorum regibus rem
Christianam non admodum curantibus.

ACTORE
J. B.

104 Pauca modo inserere hic lubet, quae ad
insignis Casinensis monasterii, in quo annos ali-
quot S. Placidus sub ipsius Benedicti magisterio ac
disciplina exegit, notitiam spectant. Casinus mons
in extremis Samnii finibus, Latia Campaniaeque
confinis, gemino vertice surgit, quorum editiori
Cairus vocabulum est; alteri Casinum, in quo Ca-
sinense monasterium, unde et hoc nomen trahit.
Inde ad oppidum S. Germani ad radices montis
situm sinuoso tramite per tria fere millia de-
scenditur. In hujus latere ad Orientem Aestivum
veteris Casini oppidi rudera non pauca, eaque ma-
gnifica conspiciuntur: ut Cluverius, cum antiquum
Casini oppidum eodem loco, quo conditum est Casi-
nense monasterium, fuisse scribit, a vero abisse
noscat; perinde ut illi, qui Cluverium hac in re
secuti fuerunt. Veteris autem Casini incolae ma-
gnam partem in oppidum S. Germani deducti sunt,
cum illud condidit Bertharius abbas, qui ab anno
836 usque ad annum 883 Casinense monasterium
moderatus est. Subjectam monti planitiem Rapidus
fluvius interluit et saecundat. Plura vide apud
Angelum de Nuce in Annotatis ad cap. 8 Vitae
S. Benedicti, Erasmus Gattulam in Historia
abbatiae Casinensis, et Mabillonius in Itinere
Italico pag. 119 et seqq., tom. I Annal. ad annum
528, num. 5, et tom. II, ad annum 720, ubi
monasterii Casinensis prospectum exhibet.

E

F

105 Hoc monasterium ceterorum omnium Be-
nedictini Ordinis caput Acta Mabilloniana num.
13 appellant, tum quod in illo S. Benedicti ex-
vicia fuerint depositae, tum quod ibidem Regulam
suam sanctus patriarcha conscripserit. Eadem le-
guntur in Vita S. Mauri his verbis: Cum discipulis
suis Placido et Mauro Casinense fundavit mona-
sterium, illudque sua corporali requie, Regulae-
que descriptione caput omnium monasteriorum
constituit. Scripserime Regulam suam S. Benedi-
ctus Sublaci, an Casini, non omnino extra contro-
versiam est. Mabillonius in Annalibus ad annum
520, num. 2 Sublaci conceptam et adumbratam,
postmodum in Casino monte absolutam scribit.
Quaestionem ipsam Angelus de Nuce in Excursu
historico, Annotatis suis in cap. 29 lib. III Chronici
Casini

AUCTORE
J. B.

edificacioni
moras obji-
ciente

invidia de-
monis:

Casinensis subnexo, late discussit, ac pro Casinensi cenobio pro viribus pugnat; quem, si lubet, consule; neque enim huic rei pluribus nos immorari necesse est, cum ad S. Placidi gesta non pertineat, neque hinc Actis Mabillonianis, ut ut sese res habeat, detrimentum aut pondus ullum accedat. Itaque ad Pseudo-Gordianum redeo.

406 Pergit porro ille Gregorium describere, cum ait, S. Benedictum in monte Casino binas ecclesias, alteram quidem S. Martino, eo loci, ubi fuerit Apollinis templum; alterum vero S. Joanni, ubi Apollinis ara fuerat, excitasse; vicinam gentiliū multitudinem ad Christiana sacra convertisse ac dæmonem corporea specie sibi conspicuum habuisse, indignantem scilicet, destrui impia fana arasque; nova autem templa divino Numini excitari: cujus quidem dæmonis voces Placidus et Maurus audirent, formam vera conspicerent minime. Hæc, inquam, omnia e Gregorio Pseudo-Gordianus; eadem enim apud Gregorium lib. II Dialog. cap. 8 leguntur: excipe tamen, Placidi et Mauri nomina non expressisse Gregorium, expressisse vero Pseudo-Gordianum, saltem interpolatum; ea verosimiliter de causa, quod Placidum et Maurum, velut præcipuos S. Benedicti discipulos, comitesque pene individuos habuerit. Ceterum non eodem loco constitisse templum Apollinis, ejusque aram, tum ex Actis S. Placidi, tum ex Gregorio colligitur: Ara enim erat, notante Angelo de Nuce in cap. 8 Vitæ S. Benedicti, extra templum ob sacrificia, quæ sub die fiebant, non tamen longe a templo. Utriusque situm hoc modo describit: Apollinis ara erat in ipso apice montis, ubi dein oraculum sancti Johannis, et nunc sanctuarium basilicæ Casinatis. Infra aram ad Occasum erat fanum, cui successit oraculum beati Martini. S. Joannis oratorium hodieque superesse, sed in S. Benedicti nomen transisse; S. Martini vero ædiculam in Aquilonari Majoris ecclesiæ latere modo constitutam esse, pariter ex eodem auctore discimus et e Mabillonio ad annum 528, num. 6.

407 Invidus dæmon, de quo num. superiore, S. Benedicto, dum Casinense monasterium conderet, non modo spectandum se præbuit, verum etiam discipulis, ut Acta Mabilloniana num. 14 et seq. memorant, opus promoventibus moras, quas poterat, injiciebat: modo savor sic insidebat, ut loco moveri non posset, modo discipulorum oculis illudebat, modo, quod illi edificarant, destruebat, ut puerum etiam eversi parietis mole contriverit. Eadem Gregorius narrat cap. 9 et duobus seqq.; verum ubi hic S. Benedicti discipulos generatim, Acta laudata Placidum et Maurum continuo memorant; cur autem id facere videantur, dictum est num. superiore, unde id quidem probabiliter videri potest; at minime certum et indubitatum. Pueri parietis ruina oppressi nomen pariter Gregorius silentio pressit; auctori nostro Severus dictus est; quod Petri Casinensis diaconi additamentis Angelus in cap. XI Vitæ S. Benedicti adscribit. Etenim, ut ait inter Casinenses codices Petro antiquiores, qui signatur 85, hanc habet capituli XI epigraphen: De Severo Dei parvulo: quam vitiosam esse facile est animadvertere, ac legendum, De servo Dei parvulo, ut omnes alii codices habent, inquit Angelus. Vitiosum ergo hic Petrus codicem secutus fuerit, si id illius additamentum est: Qui alioquin (citati auctoris verba sunt) præcipitem se in judicando non raro prodit. Unde Petri auctoritatem in iis, quæ de suo addidisse non raro creditur, æstimabis.

408 Ad locum devenimus, ubi Actorum Mabillonianorum auctor inscitiam suam vel fingendi licentiam manifesto prodit. Sic autem fere habet num. 46: Casinatis fundi dominus Tertullus erat, S. Placidi pater. Audit hic Romæ, conditum illic esse a S. Benedicto monasterium, in eoque versari filium Placidum. Casinum igitur adeundi, videntique Placidi Tertullum cupido incessit: missis ultro citroque nunciis, conventui dies dicitur. Adolat statuto tempore Casinum Tertullus patricius, comitantibus Romanorum nobilissimis, puta, Boetio, Symmacho, Vitaliano, Gordiano, Equitio. Boetium et Symmachum Theodorici Gothorum regis jussu jam ante annum 529 necatos fuisse atibi diximus. Qui igitur feri potuit, ut anno 529, quo Sublaco S. Benedictus recessisse legitur num. XI, aut serius Tertullo Casinum adeunti comites fuerint? Cautior Stephanus Anciensis fuit, qui non modo de his Tertulli comitibus mentionem nullam facit; sed ne quidam Tertullum Casinum venisse scribit. Equitius, de quo hic S. Mauri pater fuit, cujus liberalitatem ac munificentiam Casinense cenobium æque expectum dicitur ac Tertulli, locus ergo erat idoneus scriptori Vitæ S. Mauri, aliquid saltem ea de re litteris consignandi, de qua tamen tibi nec apicem invenies. Hausta sunt hæc verosimiliter ex fictitiis istis monumentis, de quibus abunde actum est § IV, ut iis longius hic immorari non debeamus.

409 Ceterum beneficus admodum Casinensibus Tertullus fuisse fertur, ut num. 47 et 49 in Actis Mabillonianis videre est. Vero nemo prudens in animum facile sibi indiget, Tertullum, ut fortunæ opibus affluentem, fuisse opulentum adeo, ut tot, quot ibidem numerantur, non modo villas, sed civitates etiam, portus et insulas S. Benedicto concesserit possidendas. Beneficem tamen Casinensibus fuisse inficari nolim: villas enim seu curtes octodecim in Sicilia sitas Tertullum S. Benedicto donasse, Leo Marsicanus discrete affirmat lib. I, cap. 4 et Casinenses monachi etiam hodie illi, testandi grati animi sui causa, annua justa persolvunt; quam in rem Angelum de Nuce ita commentantem audi: Tanta vero Tertullus erga sacrum Casinense cenobium pietate flagravat, ut moriens sepeliri apud nos voluerit ante tricladium, quo monumento ingredienti egredientesque cenobitæ munificentissimi benefactoris piissimos manes gratâ recordatione, requeque precata, prosequerentur. In Necrologio seu Emortuali Casinensi codice scripto 47. « Decimo » septimo Kal. Augusti (factæ donationis die) » Tertullus Romanorum patricii benefactoris » nostri » (solecismum non moror), quo die Casinates ex antiquo ritu, et propria ducti pietate, et Zachariæ Pontificis sanctione (de qua mox infra) ferali machina frequentissimis cereis illustrata, solemnibusque officis, et Sacrificiis, quotannis etiamnum benemeritissimo principi parentant.

410 Fertur vero Tertullus S. Benedicto concessisse montem Casinum, ædes suas, Romæ in monte Cælio sitas, et dein mutatas in monasterium S. Erasmi, e quo sub anno 672 Adeodatus ad universæ Ecclesiæ regimen evectus est, ut apud Blanchinum Anastasius scribit; denique possessiones plurimas sive in Italia, sive in Sicilia, quas num. 47 et 49 late, licet vitiose satis, descriptas habes. Casinense cenobium in solo Tertulli patricii fundatum fuisse, his ipsis verbis legitur in Apostolica Jussione Zachariæ Papæ, quæ est de celebranda quotannis Commemoratione Tertulli, et Placidi

id dein Ter-
tullus, S.
Placidi pater,
de quo hic
Acta

fabulosa non-
nulla tra-
dunt,

liberaliter
ditat, cum
sunt hinc
sunt hinc
sunt hinc

A *Placidi quidem per Missas, die XIV Julii, post Chronicum Casinense editionis Parisiensis pag. 792 excusa. At sequitur ibidem Privilegium aliquod sub ejusdem Pontificis nomine, quod Baroni ad annum 748 suspectum habuit, tum ob proximitatem suam, tum quod Indictionem 1, quæ cum anno Zachariæ septimo concurrat, confundat cum anno Zachariæ primo: adeoque vereor, ut priori magis tuto fidei possit, quam posteriori, prout ibidem exstat; præterquam quod et Zachariæ Jussio contineat, propter quod fictitia interpolata videatur, in his verbis situm: Nec non Tertullo patricio plenariam ac solemnem Commemorationem unoquoque anno persolvant (Casinenses monachi) die xiiii Julii mensis; quibus de S. Placido hæc subduntur: Et beatissimo Placido similiter eadem die Commemorationem Missarum celebrent. Nec enim Zacharias illo mensium dies numerandi modo usus fuisse videtur. Si consulas Zachariæ litteras non paucas vel apud Baroni ab anno 743 usque ad annum 752, vel apud Labbeum tom. VI Conciliorum a col. 1494, nullus in illis mensis alicujus dies occurret, quin illum vel per Kalendas, vel per Nonas Zacharias explicarit, sive in litterarum subscriptione, ut passim in illis fit, sive in earum decursu, ut apud Labbeum col. 1500 videre est. Hinc § 2, in quo de antiquo S. Placidi cultu egi, de hac Zachariæ Jussione seu sanctione mentionem nullam feci. Ceterum Stephanus Aniciensis donationes illas omnes præterit, præter unicam, nempe Siculam, cujus, ut dixi, meminit Leo Marsicanus.*

§ VIII. S. Placidus in Siciliam abiens, pluribus miraculis claret.

S. Benedictus Placidum in Siciliam mittit.

C *Concessit a Tertullo in Sicilia bonis Benedictinæ familiæ diu quiete frui non licuit, si Actorum Mabillonianorum calculo standum est: viz enim sex septemve a donatione facta anni effluerant, quin illa senserint rapacium hominum violentas manus. Anno 536, ut ex num. 21 habemus (annum Stephanus Aniciensis non exprimit) versanti in Casinensi cœnobio una cum Placido S. Benedicto nunciatum fuit, vastari Congregationis apud Siculos bona, fructum nullum percipi inde amplius posse, nec porro penes illorum procuratores esse sarta illa lectaque servare. Obviandum malo credidit S. Benedictus, nec efficacius huic retundendo adhiberi posse remedium, quam si eo S. Placidum mitteret, qui paterna nuper bona sua auctoritate tueretur. Verba, quibus abeuntem Discipulum sanctus pater allocutus est, sic Acta Mabilloniana pene referunt num. 20, quasi illa Actorum scriptor suis ipse auribus percipisset: ita tamen de Gordiano loquitur, ut ab illo alium se prodatur. Itaque S. Benedicto verba tribuit, non quæ re vera protulisse is scitur; sed qualia dixisse, quoad vim sententiamque, suspicatus est. Idem judicium esto de iis, quæ S. Placidum elocutum esse, cum prodigia ederet, in consequentibus non raro tradit, quod semel monuisse, sufficiat. Itineris socii Placido dati sunt Gordianus et Donatus, quorum ille Romanus erat, litteris Græcis eruditus in primis, et Benedictinæ familiæ haud ita pridem adscriptus; cui hanc Sancti Vitæ verus illius auctor affinxit, ut fidem sibi auctoritatemque adscisceret, quam alioquin minus*

Tomus Octobris III.

nime erat reperiturus, et ne sic quidem meritis est: alter vero, S. Placidi in martyrio socius, licet aliquanto prius pro fide occisus. Porro itineri se cum sociis Gordiano et Donato S. Placidus dedit eodem anno, nempe 536, tertio decimo Kalendas Junii seu die xx Maii, ex num. 21. Sed hæc, ut paulo post patebit, cum consequentibus non coherent.

E *119* *Eo igitur die Casino mane digressus S. Placidus vesperi Capuam attigit: Campaniæ Felicis civitas est, ætate S. Placidi inter Vulturum et Linternum fluvios sita; sed a sæculo ix ad eum locum, ubi olim pons veteris Casilini erat, translata. In Tabula chorographica Campaniæ Felicis apud Camillum Peregrinum tom. IX Thesauri Historiarum Italiæ parte II, Casino per Teianum Sidicinum, Cales et Casilinum via Latina, quam verosimiliter tenuit S. Placidus, Capuam ducit. Præerat urbi Capuanæ S. Germanus episcopus, ad diem xxx Octobris Sanctorum Fastis inscriptus; defunctus vero sub annum 544, ut scribit Ughellus. Is S. Placidum cum Sociis benigne excepit pro amicitia, quam S. Benedicto habebat, qui defuncti hujus episcopi animam in cælum ferri vidit, teste Gregorio Magno lib. II Dialog. cap. 33. Ceterum hoc loco S. Placidus prodigiorum initium fecisse videtur, ubi capitis dolore laborantem sanasse, nec non cæco visum restituisse fertur coram loci episcopo: nec enim ante miracula patrasse, quod sciam, legitur uspiam. Difficile sane credam, S. Placidum, quod Acta Mabilloniana num. 21 aiunt, jam tunc per totum orbem Romanum miraculorum fama radiasse.*

F *113* *Capua S. Placidus Calatiam ivit: ita legitur in Actis, a Mabillonio editis, et hic recitandis infra num. 24. Sed Galatiam habet Stephanus Aniciensis. Cluverii Tabula geographica, quæ de Samnio et Campania est, tom. II Antiquæ Italiæ pag. 1087 præfixa, Calatiam ad sinistram Vulturni (ab ostio ad mare Tyrrhenum adverso flumine versus ortum ejus procedendo) ripam exhibet, hodie Cajazzo Italis dictam. At inter tabulas Ortelianas Ptolemæi Geographiæ subnexas, quæ de Italia Antiqua est, et a Cluverio pariter concinnata, Calatiæ ad oppositum Vulturni ripam situm exhibet supra Capuam. Similiter et Tabula Peutingeriana Segmento quarto. Camillus Peregrinus in Tabula Campaniæ Felicis Dissertationi I de Campaniis veterum præfixa Calatiam a sinistra Vulturni ripa, a dextera vero Galatiam collocat Capuam inter et Caudium. Dubium igitur est primo, diversæne urbes fuerint Calatia (Cajazzo) et Galatia; dein, si diversæ fuerint, hæcne, an illa S. Placidus iter habuerit. Quod ad primum attinet, præter Calatiam, cui hodie Cajazzo nomen est, altera etiam ad oppositam Vulturni ripam civitas Caudium inter et Capuam videtur olim sita fuisse, cui Calatiæ pariter, seu Galatiæ nomen fuerit, eaque episcopali sede aliquando insignis. Nam, ut Peutingerianum Itinerarium præteream, apud Ughellum tom. VI Italiæ Sacræ auctæ col. 442 et seq. Gerberti Capuani archiepiscopi diploma exstat sub annum 978 ad Cajaciensem ecclesiam datum, cujus initium est: Probabilibus desideriis nihil attulimus tarditatis: fratrem jam et coepiscopum nostrum Stephanum vobis ordinavimus sacerdotem. Si tum Stephanus Cajaciensis seu Calatinus præsul ordinatus erat, aliam profecto sedem tenuisse operet, qui eidem diplomati in hunc modum subscripsit: Ego Aldericus Calactinæ ecclesiæ episcopus consensi et subscripsi.*

auctore J. B.

qui primo Capuam,

E

F

AUCTORE
J. B.
non illam,

114 *Michaël monachus tamen in Sanctuario Capuano pag. 580 solam Calatiam, hodie Cajazzo dictam, agnoscit. An ergo Aldericus episcopus advena quidam fuit, alterius alibi civitatis fere cognominis episcopus, qui tunc forte Capuæ morabatur? Non id Michaël credit, et merito. Fuitne Cajaciensis episcopus, dictus tamen Calactinus ab antiquo civitatis nomine Calatia? Neque id dici potest, inquit Michaël: nam tunc temporis civitas illa Cajacia, non Calatia dicebatur. Nec dici etiam potest, inquit, Aldericum Cajaciensem quidem fuisse episcopum; sed locum Stephano cessione: sic enim episcopum quidem se, sed non Calactinum dicere poterat; nec Stephanus Alderico, sed Urso successit. Alio igitur se vertit Monachus. Ego, inquit, libenter credam, juxta illorum temporum barbaram Latinitatem a CALE deductum esse CALECTINUM, seu CALACTINUM. Cales autem est civitas Calvorum, ideoque episcopus Calactinus est, qui dicitur hodie episcopus Calvensis. Monacho citatus num. præcedenti Ughellus subscribit: Hæc Monachi, inquit, speculatio mihi arripit, et Aldericus adscribendus inter Calvenses episcopos, quemadmodum Leo (qui in diplomatis subscriptionibus Suranus scribitur, mutato o in u) inter Soranos recensendus. Leonem episcopum fuisse Soranum, citatis auctoribus facile assentior: Aldericum vero episcopum fuisse Calvensem, non item.*

que hodie
Cajazzo Ita-
lis dicitur,

115 *Huc moveor maxime Roberti Capuani principis diplomate, anno 1149 dato, in quo Calactinæ ecclesiæ situs a Calvensi civitate diversus assignatur. In illo diplomate paulo post initium sic loquitur Robertus apud citatum Ughellum de Episcopis Casertanis tom. citato Italiæ Sacræ auctæ: Per hoc principale scriptum in perpetuum damus, tradimus, concedimus et confirmamus in ecclesia Calatina, vocabulo S. Mariæ, in qua dominus Rainulphus, Dei provisu Casertanus episcopus, præesse videtur, omnia, quæ præscripta ecclesia Calatina modo possidere videtur, et quæ in antea juste ac legaliter acquisierit. Unde in primis intelligitur, Calatinam ecclesiam Casertanis episcopis ea tempestate paruisse. Atqui Calvensis civitas proprium jam tunc habebat episcopum: nam, teste Ughello tomo VI citato col. 477, Calvensis episcopi mentio est in Historia Translationis S. Marci Solitarii, quem e monte Massico ad cathedralem suam anno 1094 traduxit S. Bernardus Carinolensis episcopus; et Calvensi ecclesiæ Petrus Capuanus anno 1141 præsidebat. Dein vero ita Robertus pergit: Iterum per hoc videlicet principale scriptum damus, tradimus et concedimus ac confirmamus in prædicta ecclesia Calatina, ut tu, prædicte domine Rainulphi, episcopo Casertane, et successoribus tui, et vestri homines in Calatino tantum territorio habitantes, potestatem habeatis mittendi animalia vestra, et vestrorum hominum ad pascendum in montibus et planis et in paludibus nostris, et ligna de silvis nostris tollere, quemadmodum milites Magdaloni habitantes hactenus usualiter habere soliti sunt et habent. Cum igitur Calatini territorii incolis diplomatis hujus vi iisdem locis pecora pascere ac ligna cædere licuerit, quibus et militibus Magdaloni morantibus, hos ab illis intervallo saltem non magno remotos fuisse necesse est. Quin et in ipso Magdaloniensi territorio sitam fuisse ecclesiam S. Mariæ de Calatia, liquet et bulla, qua Sennes Capuanus archiepiscopus Rainulpho Casertano episcopo, de quo supra, varias confirmat ecclesias, et has inter*

in castro Magdaloni et territorio ejusdem... ecclesiam sanctæ Mariæ de Calatia. Magdalorum autem haud procul Caserta, hanc inter et Nolam notatum invenio in Tabula regni Neapolitani Julii Cæsaris Capaci tom. Historiarum Italiæ supra citato.

116 *Hinc Michaël Monachus in Recognitione Sanctuarii Capuani pag. 85, abjecta priora de Calatia sententia, sic scribit: Anno 1635 Casertæ inventum est privilegium Goberti principis Capuani, per quod episcopo Casertano conceduntur et confirmantur terræ ecclesiæ Calatinæ in Matalone. Igitur omnino dicendum, episcopum Calatinum fuisse episcopum loci circa Matalonem, qui dicebatur CALACTIA seu CALATIA, cujusque mentio est in bulla episcopi Casertini. Dicendum quoque inde translatum episcopium et dictum esse Casertanum. Addit his denique Peregrinus de Campania Felici Dissertatione 2, cap. 27: Ceterum si hæc jam male nota Calatia, ut ex Livio colligitur, prope eum locum fuit, ubi hodie est Madaloni castellum, eademque, ut itinerarium Peutingerianum docet, a Capua abfuit sex millia passuum, certi possumus esse, eam istic loci fuisse, ubi hodieque manifesta apparent indicia fossæ atque muri haud admodum amplæ urbis, cujus supersunt exigua nonnulla in campestri loco et desolata templa. Ab horum maximo, quod aliis est integrus et dedicatum S. Jacobo Apostolo, tractus iste nomen habet, qui alio modo ab nomine exstinctæ urbis appellatur etiam LE GALAZZE. Verum de Calatiarum distinctione hæc satis: restat, ut et de altero, quod supra propositum fuit, puncto pauca dicamus; quam nempe e duabus cognominibus aut fere cognominibus civitatibus S. Placidus Capua profectus ac Beneventum properans adierit, ac patris prodigiis illustravit.*

117 *Mabilionius his Actorum verbis, mihi num. 24: Inde quoque Sanctus Domini dum recessisset, ac juxta civitatem Calatiam iter ageret etc. hæc subjicit: Pro CALATIA, Cajazzo, scribendum esse GALATIUM seu GALITIAM, suspiciatur Michaël Monachus in Sanctuario Capuano pag. 330, alias (inquit) devium et longiusculum fecisset iter. Quod et mihi verosimilius apparet: si enim Capua Calactiam (hodie Cajazzo) et inde per Furcas Caudinas Beneventum petisset; omnino ter Vulturum fluvium superare debuisset. Primo cum Casino Capuam: iterum cum Capua Calatiam, hodie Cajazzo, ut ponimus; ac tertio cum hinc per Furcas Caudinas Beneventum properavit, quæ via sane tortuosa fuisset. Contra rectior via, quæ Capua Galatiam, et hinc per Furcas Caudinas Beneventum ducit; ut adeo S. Placidus eo tractu iter instituisse videatur, qui in Itinerario Peutingeriano hoc modo describitur: Capuæ, Calatiæ, ad Novas. Caudio. Benevento. Porro quid hoc loci egerit Placidus, vide in Actis Mabilionianis a num. 26 usque ad num. 28, quæ apud Stephanum Aniciensem paulo succinctius descripta sunt. Miracula illic plurima patrasse invenies, quæ commentatione non indigent: vellem vero, ut aliunde ad manum esset, unde magna illa miraculorum, quæ tum hic, tum aliis, in decursu memorandis, locis patrasse perhibetur, multitudo solidius confirmari posset. S. Placidum alio abeuntem nunc sequor.*

118 *Galatia Furcas Caudinas petiit, paribus fere prodigiis hac itinerantem comitantibus: sitæ autem sunt Furcæ Caudinæ in Hirpinis, Romani exercitus clade memorabiles, et Stretto d'Arpaia*

D

et Casmum
inter et Val-
turnum flu-
vium sita est,

E

sed quæ trans
illum supra
ceteram Ca-
puam olim
fuit;

F

cum Furcas
Caudinas,
Beneventum

nuncu-

A nuncupantur; quas in Apulia perperam fecit Ortelius. Inde Beneventum, tum Canusium adiit; utroque loco, ut Acta aiunt, a locorum præsulibus perhonorifice exceptus. Benevento, Samnitum olim urbi et Colonia in Hirpinorum confinio, præerat S. Marcianus, ad diem xiv Junii inter Sanctos relatus, de quo Papebrochius tom. II Junii ad prædictum diem, et Ughellus tom. VIII Italiæ Sacræ auct. col. 17. Observat autem Papebrochius, antiquiorem de Marciano mentionem non reperiri, hæc, quam ex Actis S. Placidi modo attingimus. Episcopum autem Acta recte appellant, eo quod nondum S. Placidi ætate metropolitana dignitate sedes Beneventana gauderet, quo illum honore Joannes Papa anno 969 insignivit, ut scribit Viperæ de Episcopis et archiepiscopis Beneventanis pag. 69.

Canusiumque adit;

119 Canusio, episcopali quondam in Apulia civitati, modo Barensi archiepiscopatus unitæ, præerat S. Sabinus hujus nominis II, cujus Acta apud nos habes tom. II Februarii ad diem ix ejusdem mensis. Familiaris hic S. Benedicto fuit: nam hunc visere solitum, scribit Gregorius lib. II Dialog. cap. 15 his verbis: Præterea Canusinae antistes ecclesiæ ad eundem Dei famulum venire consueverat, quem vir Dei pro vitæ suæ merito valde diligebat. Idem legitur in S. Sabini Vita tom. II Februarii pag. 324. Igitur prædicti Christi famuli faciem omnes proceres et præcipui viri Italiæ sæpius videre cupiebant, et cum viro sanctissimo cœlestibus pabulis epulari. Unde et cum Germano, Capuanæ ecclesiæ pontifice, crebris familiaritatibus conveniebat. Sed et cum Benedicto Christi famulo in Cassino castro posito, assidua amicitia loquebatur, eumque invisere per singulos annos consueverat. Qui cum S. Benedicto tanta necessitudine conjunctus erat, credibile admodum est, et S. Placido amicum fuisse, ut vel hinc nefas sibi existimare poterit Placidus, cum Canusio iter ageret, insalutatam præterire.

sed ante annum 537,

120 Verum qui id accidere potuit anno 536, cui Acta Mabilloniana Placidi et Casino monte discessum illigant num. 21 et quidem diei 20 Maii, quo Capuam venit apud S. Germanum hospitatus? Inde Beneventum adiit et S. Marcianum incisit. Post aliquos dies, ut num. 36 legitur, a S. Sabino amantissime exceptus est, apud quem triduo moratus fuit: demum totidem moratum esse tum Capuæ, tum Beneventi; his denique jungamus dies aliquot conficiendo itineri impensos: ii sane non eo erunt numero, quin facile sub finem Maii vel principium Junii Canusium pervenire poterit. At eo tempore S. Sabinus in diaccesi sua non versabatur: nam sessioni primæ concilii Constantinopolitani anno 536 sæto Nonas Maias seu die 2 Maii celebratæ tamquam Sedis Apostolicæ legatus interfuit, uti et postremæ pridie Nonas Junii, velut apud Labbeum tom. V Conciliorum col. 3 et 98 videre est. Post celebratum vero concilium in Lyciam prius deflexit, quam in Italiam reverteretur; unde non nisi 536 ultra Junium jam profecto, vel sequenti Canusium rediit.

contra ac Acta parum consequenter dicunt.

121 Hinc itaque rursus conficitur, non Gordianum, sed imperitum ac recentioris ætatis auctorem, ista scripsisse: fieri enim non potuisset, ut Gordianus itineris socius Canusii se vidisse Sabinum scriberet, quem tunc alibi versatum esse ostendimus. Cui igitur anno S. Placidi in Siciliam profecto erit assignenda? Quamquam non sit, unde is annus certo determinetur, placet tamen

Bollandi in Commentario ad Acta S. Sabini num. 31 conjectura, qua S. Placidum anno 530 aut non longe post: et certe ante annum 536 in Siciliam abiisse vult. Huc accedit et Mabillonius in Præfatione ad tomum I Actorum Benedictinorum § iv inquit: In vulgatis S. Placidi Actis num. 20 (apud ipsum) inter ejus in Siciliam anno Domini dxxxvi consignatur. Mallem anno dxxxiv ante bellum Gothicum, præcipue cum Sabinus Canusinus episcopus, quem Placidus tum invisisse dicitur, anno dxxxvi Constantinopoli versaretur. Et sane in hac sententia Placidus videre Canusii Sabinum potuit, non ante annum 535 Constantinopolim profectum, et tempus sufficiens inter donationem bonorum Siculorum, Benedicto anno 529 secundum Acta factam, et S. Placidi in Siciliam discessum interjicitur, ut ea interim ab alienis, ut Acta narrant num. 19, minus fortasse novi et religiosi viri humilitatem, quam viri primarii potentiam pertimescentibus, occuparentur.

122 Extremam Calabriae oram, qua hæc Siciliam respicit, Rhegium occupat, quo in Siciliam trajecturus sese recepit S. Placidus, ubi a loci episcopo Sisinnio benigne est habitus: hujus episcopi memoria alibi, quam in his Actis reperiri non videtur. Inter sanctos Rhegienses episcopos numeratur de Ughello tom. IX Italiæ Sacræ auct. col. 323. Non meminit tamen illius Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, nec Politus lib. de Sanctis Calabriae. Ughellus testem nullum adhibet, sed solum Acta S. Placidi præ oculis habuisse videtur, ita de illo scribens: S. Sisinnius, civis et episcopus Rheginus, floruit anno 536. Sedit plus minus annis 25. Hic S. Placidum, D. Benedicti discipulum, inelytumque Christi martyrem Roma Messanam tendentem perbenigne biduo Rhegii hospitio recepit, tandem vitæ sanctitate illustris ad caelum evolavit, dies tamen ignoratur. Qua porro via Canusio discedens ac Rhegium properans Placidus inceserit, quasque civitates adierit, neutra Acta exponunt. Quod autem Ughellus mox laudatus Placidum Roma in Siciliam abiisse ait, id plane perperam facit; Casino enim eo profectum aiunt; neque Casino Rhegium euntibus Roma transeundum, quam a tergo longe relinquunt. Tandem Rhegio navi solvens Placidus una cum sociis Donato et Gordiano Messanam, Siciliæ urbem, ad freti Siculi oram feliciter appulit.

123 Morabatur Messanæ ea tempestate Messalinus quidam, Tertullo S. Placidi patri intima necessitudine conjunctus: itaque Placidum non modo suis ædibus peramanter excepit, sed omni etiam obsequii genere prosecutus est: Sanctus vero, qui ad vindicanda paterna bona illuc advenerat, id satagit maxime, ut quam celerrime, qua a S. Benedicto in mandatis habebat, impleret. Itaque eodem, quo advenerat, die, post aliquot de rebus divinis cum Messalino colloquia, de paternis bonis quæstionem habet, horum procuratores accessit. Desiderabat enim, inquit Acta Mabilloniana, mihi num. 41, videre singillatim loca, in quibus possessiones erant. Postridie vero, invento loco prope Messanæ portum ad condendum monasterium idoneo, mox operi manus admoveri jussit, quod quadriennio ad fastigium adduxit: monasterio vero adjecit ecclesiam, quam S. Joanni Baptistæ, magistri sui exemplum secutus, sacram voluit. Dedicationis autem officio, ut citata Acta num. 56 habent, functus est Messanensis episcopus quinto Kal. Augusti sub annum 540,

AUCTORE
J. B.

Canusio Rhegium, inde Messanam

E

F

venit, ubi monasterium et ecclesiam, quam S. Joanni Baptistæ

AUCTORE
J. B.

540, quarto nimirum anno, ex quo Casino Placidus discesserat, quod quidem Acta anno 536, ut supra diximus, illigant; at verius ad annum circiter 534 referendum esse, pariter diximus, si S. Placidus Sabinum Canusii viderit.

Messanensis
episcopus,
Actorum scri-
ptori verosi-
militer igno-
tus, conse-
cravit,

424 Porro mirari hic subit, cur horum Actorum fabricatorem vel interpolatorem, qui Germanum Capuanæ, Marcianum Beneventanæ, Sisinium Rhegiensis ecclesiæ episcopos nominatim in superioribus expressit, hic Messanensis episcopi (de quo nulla prorsus apud Stephanum Aniciensem mentio est) nomen præter morem non prodiderit. An forte id ignoravit? De Gordiano equidem id dici nequit. Recentior igitur aliquis ista scripsisse videtur, qui vel episcopi Messanensis nomen ignoraverit, vel caute suppresserit: forte quod Eucarpum aliquem anno 504 ex sexta synodo Romana sub Symmacho Papa celebrata; item aliquem sub Pelagio II anno 577 ad Pontificatum evecto, qui Eucarpio Messanensi episcopo Catanensis ecclesiæ visitationem injunxit, Messanæ sedisse dicerat; nec tamen ausus fuerit Eucarpum nominare, quod annum tum 504, tum 577 ab anno 540 intervallo nimis longo distare autumarit, ut Eucarpio ecclesiæ S. Joannis Baptistæ dedicationem adscriberet; nec alium nosset, qui tunc ecclesiæ Messanensi præfuerit. Ceterum spectata S. Placidi virtus, pluribusque prodigiis Messanæ illustrata, id brevi effecit, ut præter Donatum et Gordianum, quos secum Casino adduxerat, recens a se conditum monasterium ad triginta usque alumnos numeraret, qui sub ejus auspiciis se Benedictino instituto et obsequio divino manciparunt.

conditit et
alumnus au-
xit.

425 Primum id monasterium fuit, quod Benedictinus Ordo extra Italiam habuit. Glannafoliensis monasterii, quo nullum antiquius habuit in Gallis, constructionem ad annum 543 Mabillonius refert. Yepesius ad annum 537 Siculis Benedictinis præ Hispanis et Gallis antiquitatis palmam sponte concedit; at illam præ Gallis Hispanis tribuit, fundatum eo anno scribens monasterium S. Petri de Cardenna in diocesi Burgeni. Num vere, ad propositum nostrum non admodum facit: id certum Yepesio imposuisse Pseudo-Maximi Chronicon. Hæc igitur missis, ad Placidum Messanæ agentem redeo. Dubium esse non potest, quin Messanenses monachi sub Placidi auspiciis religiosæ vitæ numeros omnes accurate expleverint: quibus hic exemplis præluxerit Sociis, exponit Yepesius ad annum 536, cap. 3 Mabilloniana S. Placidi Acta, mihi num. 51, sic contrahens: Si cellæ seu penuriæ seu vinarie rationes ad calculum exigas, sanctus Pater perpetuum Quadragesimam egit. Sub junium autem vernum diebus Solis, Martis ac Jovis aliquid panis et aquæ indulsit aridis faucibus ac inani stomacho: reliquis a mica etiam et gutta abstinuit. A quo tempore se Deo nuncupavit, horrido cilicio indutus semper fuit, frustra indignante pelle. Plerumque diei et noctis contrivit nunc legendo, nunc orando. Quando fessis genibus niti jam amplius haud poterat, humi sessum se recipiebat, quæ illi pro cella et lecto erat. Multa dein ex iisdem Actis (Stephanus Aniciensis horum non nisi generatim meminisse) hausta commemorat de Sancti in Deum amore, sui abdicatione, mundi contemptu, monasterii cura, morum constantia, gravitate, affabilitate, de studio pauperum, de virtutibus ceteris, quibus procul dubio discipulos ad sedulam sui imitationem non mediocriter incitavit.

C

426 Primum id monasterium fuit, quod Benedictinus Ordo extra Italiam habuit. Glannafoliensis monasterii, quo nullum antiquius habuit in Gallis, constructionem ad annum 543 Mabillonius refert. Yepesius ad annum 537 Siculis Benedictinis præ Hispanis et Gallis antiquitatis palmam sponte concedit; at illam præ Gallis Hispanis tribuit, fundatum eo anno scribens monasterium S. Petri de Cardenna in diocesi Burgeni. Num vere, ad propositum nostrum non admodum facit: id certum Yepesio imposuisse Pseudo-Maximi Chronicon. Hæc igitur missis, ad Placidum Messanæ agentem redeo. Dubium esse non potest, quin Messanenses monachi sub Placidi auspiciis religiosæ vitæ numeros omnes accurate expleverint: quibus hic exemplis præluxerit Sociis, exponit Yepesius ad annum 536, cap. 3 Mabilloniana S. Placidi Acta, mihi num. 51, sic contrahens: Si cellæ seu penuriæ seu vinarie rationes ad calculum exigas, sanctus Pater perpetuum Quadragesimam egit. Sub junium autem vernum diebus Solis, Martis ac Jovis aliquid panis et aquæ indulsit aridis faucibus ac inani stomacho: reliquis a mica etiam et gutta abstinuit. A quo tempore se Deo nuncupavit, horrido cilicio indutus semper fuit, frustra indignante pelle. Plerumque diei et noctis contrivit nunc legendo, nunc orando. Quando fessis genibus niti jam amplius haud poterat, humi sessum se recipiebat, quæ illi pro cella et lecto erat. Multa dein ex iisdem Actis (Stephanus Aniciensis horum non nisi generatim meminisse) hausta commemorat de Sancti in Deum amore, sui abdicatione, mundi contemptu, monasterii cura, morum constantia, gravitate, affabilitate, de studio pauperum, de virtutibus ceteris, quibus procul dubio discipulos ad sedulam sui imitationem non mediocriter incitavit.

§ IX. Conditum a S. Placido monasterium invadunt barbari: quinam hi fuerint.

Pronum erat, ut tam præclara vitæ institutio tum S. Placidi, tum monasterii ab illo constructi famam undequaque diffunderet: in Urbem igitur allata Fratibus ejus ac Sorori vivendi S. Placidi cupiditatem injectit: fuere autem hi Eutyehius, Victorinus et Flavia, quibus se itineris comites Faustus et Firmatus adjunxerunt, ut Acta videntur innuere: sed aliunde forsitan hæc nomina saltem partim mutuata esse, dixit §1. Messaniam feliciter procecti, classem, inquit Acta Mabilloniana num. 58, in littore solvunt, descendentesque de navi, ad sancti Johannis cœnobium tendunt, videntesque Fratrem, repleti sunt gaudio magno, qua de re equidem ambigere nefas est: sed vide, num consequenter Acta loquantur, dum subdunt: Et primo quidem non cognoverunt, ob id scilicet, quia ex quo beato Benedicto oblati sunt, illum ulterius non viderant, et post tanti temporis spatium vir factus, et monachali habitu indutus, atque præ nimia abstinentia ac enormitate vigiliarum, corpore tabefactus et annihilatus erat. Quid enim? Messalinus, rerum Tertulli in Sicilia procurator, forte Placidum nunquam viderat; et tamen appulsus in Siciliam Placidum (quem jam tum vitæ austeritate maceratum fuisse, suspicari perinde licet, ac annis abhinc quatuor aut quinque) vix conspexit, quin illico Placidum e vultus forma ac lineamentis, quibus patrem referebat apprimè agnovit, equoque desiliens ad ejus pedes fuerit provalutus. Audi Acta num. 41: Videns autem Messalinus beatum Placidum juxta maris littora stantem, formamque ejus vultui Tertulli patris ipsius assimilantem, equo, quo insiderat *, descendens, ad pedes ejus cecidit. Rectius, ut opinor, hæc de Messalino siluisset, quisquis hæc Acta seu scripsit seu interpolavit, prout siluit Stephanus Aniciensis. Sed ad S. Placidum, ejusque Germanos et Hospites redeamus.

S. Placidi monasterium invisunt illius Fratres;

E

* cui insiderat

F

427 Vix diebus aliquot mutuis colloquiis conversationibusque sese recrearant, cum omne eorum gaudium inopinatus omnino casus gravissimusque turbavit. Nocturnis Dei laudibus cum Fratibus ceterisque cœnobii Messanensis Alumnis vacabat Placidus, cum, effractis monasterii foribus, nihil tale suspicantes invadunt barbari, in vincula conjiciunt, an tandem post dierum aliquot tormenta, crudelissime interficiunt, quæ quidem a num. 59 Acta Mabilloniana fuse ac prolizè enarrant. Rei gestæ adjuncta præcipua hæc sunt. Annis quidem Christi 544, ut discrete habetur infra num. 83, classis barbaræ præfectus Mamucha, Abdalæ Hispaniæ regis idololatræ dux; barbari denique, Agareni seu Saraceni et pagani. En, inquit in hunc Actorum locum Mabillonius, errorum labyrinthus. Non pagani Hispaniæ sæculo sexto, quo S. Placidus martyrium subiit, occupabant, sed maximam partem Gothi, Callæciam Suevi, utriusque Ariani, illi quidem sub rege Theude, qui ab anno 531 ad 546 regnavit; Visigothis imperavit, hi vero sub proprio rege, sed ignoto... Hi pagani appellantur SARACENI infra num. 74 (nihil 80.) At Saracenos Hispaniam invasisse æra dumtaxat 661, hoc est, anno Christi 661: æra vero insequente victo

ubi a barbaris inopinato tam Monachi, quam Hospites occiduntur;

A victo occisoque Roderico, regnum Gothicum evertisse, tradit Rodericus Toletanus in lib. III de Rebus Hisp. cap. 19. Similia Octavius Cajetanus observat in *Animadversionibus in Vitam S. Placidi, Stephano Aniciensi adscriptam*. Itum ergo est ab eruditissimis in diversa, ut rei saltem substantiam tuerentur.

hos barbaros
Yepesius ex
Arabia et
Africa,

428 Antonius Yepesius in *Chronico Ordinis S. Benedicti ad annum 541 eadem fere, quæ Mabillonius et Octavius Cajetanus, observat; neque eo tempore in Hispania Abdallam, sed Theudem regnasse, non paganum, sed Arianum, testes adducit Procopium, et S. Isidorum, qui etate illa vivere. Nec Mauros ex Hispania in Siciliam vela facere potuisse ait, qui multo post, anno, ut censet, 714 rerum in Hispania potiti sint. Itaque Yepesius illa Actorum verba num. 59: Qui (pagani) in Hispania inhabitabant, Gordiano ab imperio historiae interpolatore adjecta esse, contendit, et Saracenos seu Agarenos ex Arabia et Africa in Siciliam impetum fecisse, arbitratur; quod postremum fortassis a vero non deviat, ut ex dicendis apparebit. At vero per interpolationem, Gordianæ Historiæ factam, verba illa ab imperito interpolatore fuisse assuta, mihi probabile non est, tum quia Gordianum hæc Acta primum scripsisse, gratis imo tota illorum serie suadente contrarium, sibi sumit Yepesius; tum quia Stephanus Aniciensis, qui Græcum Gordiani fontem consuluisse se ait, Abdalam toti Hispaniæ præfuisse, etiam scribit.*

Villadecani-
us Gothos sub
Totila rege;

429 Philippus Villadecanius, patricius Messanensis, hujus cædis auctores, teste Octavio Cajetano supra laudato, Gothos fuisse existimat, ac tum in sanctos Martyros sævisse, cum rex eorum Totila Siciliæ arma intulit, Messanam oppugnavit reliquamque Siciliam depopulatus est. Et quidem hic, inquit Mabillonius in *Præfatione ad Acta Sanctorum Ordinis Benedictini* § IV, vulgatis S. Placidi Actis cum nonnulla satis conveniant, tum illud maxime consentit, quod prædones Rhegium (quod paulo ante Gothi se dederat) utrobique petiisse navigio feruntur. Id tamen discriminis inter utramque narrationem (Procopii de expeditione Totila in Siciliam et Actorum de S. Placidi martyrio) est, quod Totila feliciter in Italiam appulsus est (secundum Procopium), Mamucha vero cum suis naufragio periisse dicitur. Adde, nec Totilam fuisse pagani, nec regnasse in Hispania, Siciliam vero sub annum dumtaxat 550 depopulatum esse: nam Procopius lib. III, cap. 39 de Bello Gothico Totila in Siciliam expeditionem anno ejusdem belli decimo quinto affigit, cujus initium ad annum Justiniani nonnum refert lib. I, cap. 5, Christi 535.

Gallionius,
Arianos His-
paniam inco-
lentes fuisse,
censet:

430 Gallionius in *Opere, quod de sanctis Virginibus Romanis inscripsit, de S. Flavia agens, cum illius martyrium Saracenis Hispaniam incolentibus adscribi non posse animadverteret, Arianis adscripsit. At Arianis, licet Christum Deum esse inficiarentur, ab idolorum tamen cultu abhorrebant. Abdala vero, Mamucha, quique huic parebant, barbari sic describuntur in Actis, ut eos omnes idolorum cultores fuisse necesse sit. Idolorum nomina, Moloch, Rempham et Lucifer, infra num. 59 memorantur. Num. 68 Pagani universim vocantur, ubi et alibi non semel. Num. 72 Mamucha ipse Martyribus his verbis instat: Negate, Christum vestrum Deum esse et nostro more Luciferum Sidus Dei nostri Rempham excolite, ut frui possitis una nobiscum hujus gaudiis vitæ. Quæ sicut in Arianos non cadunt,*

ita nec hos martyrii auctores fuisse necesse est; nisi contra Actorum, si quam hic habent, fidem, qui Sanctorum necem perpetrarunt, non modo non Saraceni fuerint, sed nec idololatæ. Constantinus Bellotus alio se vertit in *Apologia pro Joanne diacono, ut refert Octavius Cajetanus supra laudatus, et Paganos, in Actis memoratos, Gothos fuisse existimat; Abdalam eundem, qui Theudius aut Agila, Hispaniæ uterque rex; Mamucham vero, ejusque socios Saracenos, qui Sanctos e medio sustulere, Mauros idololatræ, ex Africa in Hispaniam accitos; hæc, inquam, Belloti opinio est; nunc qui ex ea Actis manum medicam adhibere nitatur, accipe.*

AUCTORE
J. B.

431 Primum ait, nemini mirum videri debere, Gothos Hispaniam incolentes, licet Ariani secta essent, Gordiano tamen Paganos dictos; quippe qui Ariani impietati acutum quoque idolorum cultum conjunxerant. Quod si Arianos ab idololatra Porphyrio Porphyrianos Constantinus Magnus nuncupavit, et sancti Patres eosdem ob sectæ impietatem idololatræ compararunt; quid ni illos Gordianus paganorum nomine nuncupare potuerit? Tum vero ait, Abdalam pro Agilo scripsisse Gordianum, errore tolerabili facillique in scriptore non Hispano; maxime cum vel inter Hispanos de hujus regis nomine non conveniat, ab his Agila, ab illis Aquila dicti. Nec alia forte de causa Abdalæ Gordianus mentionem fecit, quam quod, Constantinopoli scribente Gordiano, Agila regnabat in Hispania. Addit Abdalam nusquam in Actis Saracenum dici, sed Mamucham illius præfectum et milites, qui Mamuchæ parebant: hos denique Mauros fuisse, qui sive a Theude, sive ab Agila mercede conducti et in Siciliam adversus Romanos missi, Messanam insigni clade attriverint. Ita Constantinus, teste Cajetano. Verum quid de his sentiendum?

Bellotus item
Gothos,

432 Gothos in Hispania dominatos esse tum ante, tum post annum 541, nemini dubium est. De eorum vero religione ita universim scribit Procopius lib. I de Bello Vandalico cap. 2. Omnibus... eadem leges, eadem sacra, Ariana scilicet. Nulla hic mentio est de idolorum cultu in iisdem personis cum hæresi Ariana conjuncto; neque hunc idoneo testimonio Bellotus stabilivit: quare hæc ejus assertio merito vocatur in dubium. Dein esto, Arianos sive hæreseos sive pessimorum morum causa paganos dictos, aut cum illis comparatos fuisse tum a Constantino, tum a sanctis Patribus: certe illos idolis sacrificasse, non dixerunt. Sic S. Athanasius *Oratione* I, n. 31 contra Arianos scribens: Qui enim hoc in loco divinum Verbum a divina Incarnatione sejungunt, idem ipsum imminutum putant, cum audiunt, carnem factum esse, proindeque idem omnino sentiunt ac gentiles, uti sane sentiunt, cum divinum Incarnationem mutationem Verbi esse suspicantur; sic, inquam, scribens Athanasius ostendit quidem, quos arguit, hæreticos gentilium erroribus aliqua ex parte subscribere, at re vera idololatræ esse, ac idolis sacrificare consuevisse, non affirmat. Qui vero in Martyres nostros sævierunt, non pravis modo opinionibus imbuti, sed et idolorum cultores a prætenso Gordiano, usque veluti diis servisse dicuntur.

qui partim
dubia,

F

433 Sed neque verum est, Gordianum quidem partim falso, Abdalam scripsisse, sed Agilam intellexisse: nam S. Placidi martyrium anno 541 diserte innectit; quo regnabat non Agila, sed Theudis in Hispania: si enim æræ 569 seu anno Christi 531, quo Theudem regnare cepisse, Isidorus scribit in *Historia*

AUCTORE
J. B.

storia Regum Gothorum, adjeceris 17 alios, ad annum circiter 548 pertinges; quo Theudi successit Theudisclus, ac deinde Agila. Regnabat forte hic quidem, cum Constantinopoli S. Placidi Acta Gordianum exarasse nonnulli volunt; sed Gordianus non illum regem, qui, cum Acta scriberet, in Hispania regnabat; sed eum, qui Hispaniis praeerat, cum Martyres caestincti sunt, procul dubio designavit. Dicere autem hunc quidem designare in animo habuisse Gordianum; sed Agilam seu Abdalam per errorem expressisse, nonne est errorem auctori res sua memoria gestas describenti, et Latinis Graecisque litteris apprime, ut aiunt, erudito, valde gravem asingere, ejusque fidem eadem opera stabilire velle, et convellere?

partim Actis
repugnantia
tradit:

434 Additamentum verò, quo nusquam in Actis legi asseritur, ipsummet regem Abdalam Saracenum, aut idololatram fuisse, Actis quoque repugnat; ex his enim perspicuum fit, Mamucham cum suis Saracenos ac Paganos fuisse; atque ejusdem perspicue colligi saltem potest ejusdem ritus fuisse tum Mamucham cum suis, tum ipsummet Abdalam. Sic enim Placidum Mamucha alloquitur infra num. 60: Nega Christum tuum et dic in eum convicia et juxta ritum invictissimi regis Abdalae Deum adora, et dimitte te. Et paulo infra sic ejus in martyrio Comites: Vos quid dicitis? Obtemperabitis praeceptis excellentissimi regis Abdalae, ut Christum relinquentes, Deum nostrum adoretis? Rursum num. 72 Mamucha in hunc modum loquitur: Assentite nobis et proderit vobis; negate, Christum vestrum Deum esse, et nostro more Luciferum sidus Dei nostri Rempham excolite. Et num. 76: Hortor et commoneo vos Crucifixum negare, et adorare Deum, cui excellentissimus rex noster Abdala cervicem suam flectit: sin alias, acerrima morte peribitis. Ejusdem itaque ritus utriusque fuere: neque aliud ex Actis Graecis, a se, ut ait, consultis, conclusit Stephanus Aniciensis, cujus mentem minime ambigua verba declarant: sunt autem hujusmodi: Tempore, quo beatus Placidus apud Messanam urbem Siciliae morabatur, Abdala Saracena gentis et ritus nefandissimi caput et princeps toti Hispaniae praesidebat. Quae de Mauris supra dicta sunt, infra exami-

Mabilionius,
Sclavinus fu-
isse utcumque
dici posse,

nabimus, cum de Cajetani sententia agemus. 435 Mabilionius in praefatione ad Acta Sanctorum sui Ordinis § IV rationem aliquam esse, ob quam S. Placidi martyrium Sclavinis adscribi possit, affirmat. Promittit illam e Procopio, qui lib. III de Bello Gothico cap. 38 Sclavinus Thraciam et Illyricum sub Justiniano depopulatos tradit: addit Mabilionius, nec Siciliae verisimiliter pepercisse, a Totila forte conductos. Praeterea, Sclavinis visum supplicis fere vivere in victos consuevisse, quibus Martyres nostri affecti fuere; qua de re laudatus supra Procopius haec habet; Obvius non ense, non hasta, non alio quoquam usitato mortis genere conficiebant, sed depactis valide in terram sudibus praecutis, miserorum sedes multa vi impingebant, et infixas inter nates palorum cuspides adigentes usque viscera, illis vitam extorquebant. Praeterea defossis humi lignis quatuor crassioribus alligabant hi barbari eorum, quos ceperant, manus ac pedes, deinde capita fustibus assidue tundendo, veluti canes aut serpentes aliudve ferae genus mactabant. Alios cum bobus, et ovibus, quas in patriam abducere non poterant, in tuguria compactos immisericorditer cremabant. Ita Sclavini, in quos incidebant, necare erant soliti.

Ritus quoque Sclavinis fuit barbarorum, qui Martyres nostros trucidarunt, non undequaque dissimilis, hunc libro III, cap. 14 Procopius hoc modo describit: Unum enim Deum, fulguris effectorem, Dominum hujus universitatis solum agnoscunt, eique boves et ejusque generis hostias immolant.... Praeterea fluvios colunt et alia quaedam numina (ἄλλα μὲν θεῶν ἄλλοι ἄλλοι) unde Mabilionius vertit, daemones) quibus omnibus operantur, et inter sacrificia conjecturas faciunt divinationum. Ita fere Mabilionius loco citato.

436 Parum efficax est viri doctissimi ratio, nam primo Sclavinorum in Thraciam et Illyricum irruptio aliquot annis S. Placido martyrio posterior est, nisi ab Actis a Mabilionio editis, et illud anno 541 conceptis terminis affigentibus omnino sit recedendum; refert enim illum Procopius ad annum belli Gothici decimum quintum. Hoc autem inquit anno Justiniani nono, Christi 535, atque adeo ad annum Christi circiter 550 nos deducit Sclavinorum in Thraciam et Illyricum irruptio, sed ita non congrunt tempora, hinc a Procopio Sclavinorum in Thraciam et Illyricum irruptioni, illinc S. Placidi martyrio in Actis assignata. Neque per Procopium licet hac priorem Sclavinorum in Romanorum fines irruptionem fingere: nam teste eodem lib. III de Bello Gothico cap. 38, ante irruptionem illam ne tentaverant quidem unquam hi barbari incursionem facere in Romanum imperium. Immo vero ante illud tempus, quod supra dixi, nunquam cum exercitu fluvium Istrum videntur trajecisse. Capite quidem 40 Sclavinus dein toti Europa damna gravissima intulisse, Procopius narrat. Totila forte gratificatos, quae tunc aliquorum, teste eodem Procopio, suspicio fuit. Huc si oculos intenderit Mabilionius, cum Sclavinis verosimiliter Siciliae etiam, praeter Thraciam et Illyricum invasisse dicit, definitum in Actis Placidiani martyrii annum non curavit, ut conjecturae suae locum faceret. Nunc, quae ad Sclavinorum ritum, et solitam eorum feritatem spectant, examinemus.

438 Si Saracenorum ritus in Actis memorati cum ritibus Sclavinorum a Procopio traditis comparaverimus, nihil, quod Mabilioniana conjecturae magnopere prosit, reperiemus. Quantum quidem e Procopio (verba habes num. 435) colligere est, praecipuum Sclavinorum ritum id fuit, quod fulminis fabricatorem putabant: secundaria cetera, ut flumina, nymphae et alia quaedam numina, ut Claudius Maltretus Procopii interpres vertit. Mamucha vero deorum omnium excellentissimum Luciferum vocat, ex Hieronymo autem in Vita Hilarionis cap. 20 apud Roswydum patet, Luciferum et Venerem praecipuo in honore habuisse Saracenos. Verba illius sunt: Pervenit Elusam eo forte die, quo anniversaria solemnitas omnem oppidi populam in templum Veneris congregaverat. Colunt autem illam ob Luciferum, cujus cultui Saracenorum natio dedita est. Et cap. 3 in Amos haec prophetae verba, Sidus Dei vestri ita commentatur, Quod Hebraice dicitur Chochab, id est, Lucifer, quem Saraceni huc usque venerantur. Verum non video, quae inter Luciferum et Venerem a Saracenis potissimum cultus, et fulminis fabricatorem Deum ceteraque Sclavinorum vana numina, a Procopio memorata, connexio intercedat, ut eadem dici possint.

438 Quod jam ad tormenta pertinet, etsi Martyres nostri tormentis aliquot affecti legantur in Actis, quae ad ea, quae Sclavinis in usu fuisse Procopius num. 435 laudatus scribit, accedant;

adductis eam
in rem

E

rationibus,
ait:

F

verum, ut
ostenditur,

non-

A nonnulla tamen præterea subiisse ibidem dicuntur, quæ Scelavinis in usu fuisse, Procopius negat. Quæ fuerint Christianis Siculis a Saracenis toleranda supplicia, infra num. 70 sic Acta exponunt: Jam vero quis digne enarrare valeat, quantis suppliciis Christiani eo tempore in Sicilia sint affecti? Nonnulli namque palorum vectibus ora reserantes, fœtidum cœnum ingerebant. Alios in frontibus et in tibiis remugientibus nervis torquendo cruciabant, plerumque aquam marinam, acetum, amurcam et liquamen et alia multa et crudelia, tanquam utribus imbutis ori appositis, sine misericordia porrigebant, stimulis ferreis ad ambulandum urgentes. Parvulos etiam ab uberibus maternis rapientes, insontem infantiam elidebant ad terram. Alios e regione pedes tenentes, a meatu prorsus naturali, usque ad arcem capitis dissipabant. Alii candentis ferri laminis adusti sunt, aptantesque fustes in modum ferrarum ex palmis cum stirpibus, et dorsa Christianorum cum illis flagellantes, non tantum ossa confringebant, sed etiam terebrantes aculei intrinsecus remanebant, dissipatisque carnis viscera pandebantur. Nonnulli vero, ligatis pedibus post terga currentium equorum, inter spinosa loca silvarum ducebantur, ut, ducti et reducti, dumosis lignorum aculeis eorum corpora carperentur, ac diu et sæpius tibiis torquendo tinnientibus chordis constringebant.

B 139 Feminas autem per unum pedem appendentes palis minoribus dentatis rectis * in capite, crinibusque in eisdem colligatis, ac vehementius stringentes simul cum capillis omnem pelliculam auferabant, ingentia pondera in uno pede colligantes, et laminas ferri ignitas dorso, ventri, mamillis ac lateribus apponentes. En congestas suppliciorum facies satis multas: nullus tamen et Christianis palis humo infæus dicitur; nullus, cum verberibus tunderetur, defossis humi quatuor lignis alligatus; nullus turgurio inclusus et ita igne combustus, quæ tormentorum genera Scelavinis familiaria fuisse, Procopius scribit. Mortis vero genus, quo Martyres nostri perire, non modo non familiare erat Scelavinis, sed ne usitatum quidem: illud Acta infra num. 78 ita describunt: Cumque sancti martyres Eutychius, Victorinus, et virgo Flavia, cum triginta tribus Sociis suis respondissent: Amen; flectentes genua decollati sunt una cum beatissimo Placido. At, teste Procopio, Scelavini Obvios non ense, non hasta, non alio quoquam usitato mortis genere conficiebant; ut adeo ex usitata Scelavinorum sævitie et toleratis a Martyribus nostris suppliciis effici nequeat, Scelavinos tam horrendis suppliciis in Sanctos fuisse debacchatos, meritoque Mabillonius tantum dixerit, esse rationem aliquam (sed ex dictis non admodum efficacem) ob quam S. Placidi martyrium feroci Scelavinorum genti possit adscribi.

C 140 Geminam præterea Mabillonius Siciliæ cladem refert, quarum altera sub Gregorio Magno contigit, alteram Marcellini continuator, Aimoinus, et Chronicon Moissiacense apud Chesnium tom. III Scriptorum Franciæ memorant: illam a S. Placidi ætate nimirum remotam fatetur Mabillonius, quam ut in illa Placidus martyrium subire poterit. Idem porro dicendum est de secunda, nisi ab Actis plane recedere malimus. Justiniano quidem imperante, hæc contigit; sed Agila in Hispania regnante secundum Chronicon Moissiacense, quem annis aliquot a S. Placidi martyrio Hispaniam regere cepisse, jam vidimus supra. Præterea illius auctor Buccellinus, non

Hispano regi, sed Theodeberto Francorum regi militabat, neque ex Hispania, sed Italia in Siciliam traduxit exercitum. Sed Mabillonius Actorum hoc loco error intolerabilis visus est; atque adeo, de conciliando cum temporum illorum historiis Actorum scriptore non sollicitus, satis habuit, quasdam barbarorum in Siciliam excursions protulisse, quæ, Justiniano imperante, contigerint, tisque insignitæ sint characteribus notisque, ut illis Sanctorum martyrium utcumque possit adscribi. Majora conatus est Octavius Cajetanus in suis ad Acta S. Placidi, Stephani Aniciensis nomine edita, Animadversionibus. Hunc denique audiamus.

141 Animadversione 15 in Vitam S. Placidi, quid sentiat, succincte exponit his verbis: Aio igitur, barbaros, quos Gordianus scribit Siciliam afflixisse, Placidumque ac Socios pro fide Christi occidisse, Sarracenos dæmonum superstitionis cultores extitisse et in Siciliam ex Mauritania adnavigasse, quæ Gordiano Hispania dicta est. Ac primo quidem secundum Octavium minime mirum est, Gordianum Mauritaniam dedisse Hispaniæ nomen: id enim antiquorum scriptorum exemplo fecit, qui Mauritaniam, quæ Tingitanæ nomen accepit, Hispaniam appellavere, ut de Honorio, Sexto Rufo, et libro Notitiarum observat Ortelius verbo Mauritaniam. Dein neque mirum est, Mauros, Tingitanæ nempe provinciæ, a Gordiano (ut illi quidem censet, mihi vero hic tantisper fingere lubet) Saracenos dictos: quamquam enim Saraceni peculiarem Arabum gentem constituerint, nomen tamen suum ad Arabes reliquos propagarunt: sic Scenitas Arabes Ammianus Marcellinus lib. xxii, cap. 15 Sarracenos sua ætate appellatos scribit. Jam vero ex Arabibus seu Saracenis orti sunt Mauri, qui Mauritaniam Africae provinciam tunc incolabant: scribit enim Procopius de Bello Vandalico lib. ii, cap. 10, Mauros ex iis gentibus ortos esse, quas e Phœnicæ, cujus tunc pars erat Palæstina, alio fugere compulsi Josue; quæ primo quidem in conterminam Ægyptum, ac dein in Africam concessere: porro cum gentes illas numero abundantes fuisse scribat, et Arabia Ægypto ac Palæstinæ confinis sit, verosimile est et Arabes fuisse a Josue alio migrare compulso, et in Africam secessisse. Certe, ut notat Ortelius, Mauros ALARABES hodie nominant Hispani, Olivario auctore, quasi dicerent ARABES; AL enim articulus Arabicus est. His adde, Arabes, seu Saracenos, etiam Palæstinæ partem occupasse ex Hieronymo, cujus verba habes num. 137: erat enim Elusa, quam a Saracenis habitatam scribit Hieronymus, urbs Palæstinæ in Idumæa. Sive igitur ex Arabia Mauri, sive e Palæstina in Africam migrarint, Saracenos dixerit illos Gordianus, quod ex Arabibus, qui et Saraceni dicti sunt, ortum duxerint.

142 Plura præterea ad confirmandam sententiam suam Cajetanus congerit, ut idem Mauris et Ammonitis, Palæstinæ populis, idolum fuisse, Moloch dictum; iisdem moribus Mauros et Arabes vixisse, ac Saracenos veteri odio in monachos flagrasse. Denique et bella, quæ Mauros inter et Justinianum intercessere. Sed, ut reliqua a Cajetano satis forte probabiliter dicuntur, quæ de his bellis habet, haud satis accurata videntur. Ait enim ex Procopio, Justinianum, attritis Vandalis, in Mauros arma vertisse; male pugnasse cum Mauris, amissis copiis una cum duce, anno imperii sui decimo quarto, Christi 540; quapropter fieri facile anno consequente, quo

ACTORE
J. B.

Cajetanus
Barbaros ex
Mauritania
Tingitana in
Siciliam ir-
rupisse vult,

E

F

sed sibi adver-
santem

non admo-
dum validis.
* jactis

Gregorii Ma-
gini tempore
Martyrum
caedes non con-
tigit, nec auc-
tore Buccel-
lino:

AUCTORE
J. B.

quo S. Placidus martyrio sublatus fuit, potuisse, ut ea victoria elati Mauri, descensione facta in Siciliam, in inermes Siculos iras clademque intulerint. Haud, inquam, hæc satis accurata videntur: duplicem enim tantum a Mauris Justiniani copias, quam Procopius memoret, invenio illatam cladem: alteram quidem lib. II de Bello Vandalico cap. 19, sed quam anno Justiniani 13, Christi 539 ad Abigam fluvium haud procul urbe Bagaitana accepit Gontharis Justiniano sub Salomone militans; at quam Salomon mox egregie ultus est; ut Maurorum animos prior qualiscumque victoria parum ac brevi admodum efferre poterit.

Procopium
habere vide-
tur.

143 Alteram vero lib. citato, cap. 21, qua Salomon Justiniani exercitus dux a Mauris extinctus est: at illam anno Justiniani 17, Christi 543, Procopius illigavit; ut perperam huic annum Justiniani 14 Cajetanus assignasse videatur. Nam post expugnatam a Salomone montem Aurasium anno Justiniani 15, ut cap. 20 Procopius narrat, Afri omnes, quicumque Romanis parebant, stabilem adepti pacem sub moderato ac valde commodo Salomonis regimine, belli cogitatione omni deposita, mortalium omnium felicissimi videbantur. Ac proinde tunc quidem ab armis Mauri quiescere videntur. Quandonam vero rursus ad arma itum sit, mox seq. capituli initio Salomonis cladem simul et interitum relaturus, idem Procopius declarat his verbis: In contrarium hæc felicitas versa est quarto post anno, quo imperii decimum septimum agens Justinianus Cyrum ac Sergium filios Bacchi, fratris Salomonis, præfecit urbibus Africae. Procopius igitur Cajetani sententiæ adversari videtur, nisi ad annos duos aut tres S. Placidi necem differre vel totidem anticipare quis velit: tanti enim S. Placidi Acta facienda non sunt, ut id fieri vetent. Ceterum id Cajetani opinio singulare habet, ut Actis, S. Placidi necem Mamuchæ, regis Hispani Abdalæ duci, adscribentibus, præ reliquis opituletur; quamquam illi haud saveat, quod Acta, Stephano Aniciensis adscripta, Abdalæ dicant toti Hispaniæ dominatum; quod de sola Mauritania Tingitana haud commode videtur intelligi posse: verum quod hic de Hispania sine addito legerat, de suo forte de tota Hispania interpretatus est.

C
cui tamen
favere

144 Cajetano item favere apparet, ut ejus dictis adjiciam aliquid, tum quod Abdala et Mamucha Arabica sint nomina; tum maxime, quod in Actis a Mabillonio vulgatis infra num. 63 his verbis legitur: Cumque omnes (S. Placidus ac Socii) singillatim unus post unum hoc ordine cruciati fuissent, jussit dux Mamucha dari unicuique Sanctorum pugillum unum hordei crudi ad manducandum, et paululum aquæ ad bibendum. Hujusmodi enim cibus Mauris Africanis ea tempestate familiaris fuit: audi Procopium lib. II de Bello Vandalico cap. 6. Pane, inquit, vino cæterisque mitioris victus commodis carent: far autem, olyram atque hordeum, nec mitigata igni, nec commolita, mandunt jumentorum ritu. Quin et Mauros ad illius cibi esum Christianos non raro compulisse, colligitur e Victore Vitensi lib. II Persecutionis Vandalicæ num. 12 apud Ruinarium, ubi de Maurorum in Christianos sævitie præter alia hæc habet: Reliqui habiliores ad solitudinis loca (Mauris ducentibus, ut paulo ante habet) perveniunt, in quibus collocati, hordeum ad vescendum ut jumenta accipiunt. Ruinarium Victoris Vitensis Historiæ jam laudatæ Passio-

nem septem sanctorum Monachorum, apud Carthaginem sub Hunerico passorum, vel a Victore, ut ait, vel certe ab auctore æquali scriptam, subnecti, in qua quoque num. 2 hisce non absimilia leguntur: Primo sacerdotum et ministrorum copiosissimam et maximam turbam in longinquas et extremas regiones exsilio crudeli (Hunerico, verosimilime per Mauros, utpote gentiles et ad persequendos Christianos animosiores) detrusit. Quibus bis acutum genus frumenti, quod jumentis solis edere concessum est, nequaquam industria molari contritum, sed manente furtoris cortice loricatum, pro miseratione dari præcepit. Ut plane, quæ in Actis Mabillonianis num. 63 leguntur, modo vera sint, Mauros sapiant.

145 Adducere denique opinionis suæ confirmandæ causa Cajetanus præterea poterat varia, quibus in S. Placidum et illius Socios sævitum est, suppliciorum genera, vis plane similia, quibus Vandali, sæpe per gentiles Mauros feritatis suæ ministros, Catholici ritus Afros affecerunt sub Geisericis et Hunerico, Vandalorum regibus: nam sub Geisericis quidem, teste Victore Vitensi, qui tum in Africa vivebat, lib. I, num. 2 apud Ruinarium Vandali alii palorum vectibus ora reserant, fetidum cœnum ob confessionem pecuniæ faucibus ingerebant: nonnullos in frontibus et tibiis, nervis remugientibus torquendo cruciabant. Plerisque aquam marinam, alii acetum, amurcam, liquamenque et alia multa atque crudelia, tamquam utribus imbutis ori apposita sine misericordia ingerebant... Sacerdotes virosque illustres stimulis ferreis ad ambulandum urgebant... Sed etiam parvulos ab uberibus maternis rapiens barbarus furor, insontem infantiam allidebat ad terram: quæ omnia in Actis (vide supra num. 138) legere est verbis fere iisdem. Acetum quoque asperum et acerrimum Eugenio Carthaginensi episcopo, licet invito, ingestum fuisse, scribit idem Victor lib. V, num. 11. Si vero, qui S. Placido ac Sociis necem intulerunt, barbari Siculas feminas palis minoribus dentatis rectis (lege potius erectis aut jactis) in capite (vide num. 139) crinibusque in iisdem colligatis, simul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant; idem fieri sive per Vandalos, sive per subjectos sibi Mauros Hunericus jussit. Audi Victorem lib. II, num. 4. At ubi ab homine Dei (Eugenio, Carthaginensi episcopo) tale responsum accepit (Hunerico) statuit in portis ecclesiæ collocari tortores: qui videntes feminam vel masculum in specie suæ gentis ambulantes, illico palis minoribus dentatis jactis in capite, crinibusque in iisdem colligatis ac vehementius stringentes, simul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant.

146 Quos dixi, barbari, ut aiunt Acta, ingentia pondera in uno pede colligabant, et laminas ferri ignitas dorso, ventri, mamillis ac lateribus feminarum apponebant: Vandali vel Mauri eorum ministri, ut ait Victor proxime citatus num. 7, virgines sacras torquentes gravi suspendio, atque ingentia pondera pedibus colligantes, laminasque ferri ignitas dorso, ventri, mamillis et lateribus apponebant. Mauros autem Vandalicæ feritatis ministros non raro fuisse, colligi ex Victore potest: Post vero, inquit num. 12, imperatum est Mauris, ut eos, qui ambulare non poterant, ligatis pedibus (similia iterum Acta habent S. Placidi longiora num. 70) velut cadavera animalium mortuorum traherent per dura et aspera loca, ubi pri-

D

illata Mar-
tyribus sup-
plicia,

E

F

nisi hæc illis
recentior ali-
quis pro arbi-
trio appli-
casset.

A mo vestimenta, postea membra singula carpebantur. *Hæc de Siculis universim narrant Acta: de Martyribus vero nostris aiunt, fustibus, suspendio, fumo non semel tortos fuisse, S. Flaviam pedibus in sublime et prorsus indecore suspensam; S. Placido linguam præcisam; sed sine illa non minus commode locutum: quibus similia rursus habet Victor lib. v, num. 1 et 6. Hæc, inquam, ad confirmandam Cajetani sententiam non parum facerent, si Gordianus, ut ille existimavit, ista scripsisset: verum ex ante dictis et collatis Actorum cum Victoris narratione verbis, recentioris auctoris ea esse qui sua ex Victore aliisque corraserit, et barbaris, quæ S. Placidum interfecerunt, quos libuit, mores forsitan affinxerit, quibus facile intelliget. Porro cum in tanta sententiarum varietate, ne una quidem, cui tuto possit fidi occurrat, manifestum est, quam difficile sit, male combinatis S. Placidi Actis medicam hic manum adhibere, quinam Martyres nostros peremerint, statuere ac definire.*

Passi sunt Martyres forte anno 339.

B 447 Nihil de anno, quo passus est S. Placidus, legitur apud Stephanum Aniciensem: at Acta a Mabillonio edita num. 83 ita habent: Passus est autem beatissimus Placidus, martyr Domini nostri Jesu Christi præcelsus, anno ætatis suæ vigesimo sexto, cum duobus fratribus suis Eutychio, Victorino, et sorore Flavia, Fausto, Firmato simul ac monachis triginta (Donatus jam ante occisus erat, Gordianus vero barbarorum manus evaserat ex num. 59) sub sævissimo rege Abdala et duce Mamucha tertio decimo anno Justiniani imperatoris apud Messanam Siciliæ civitatem tertio Nonas Octobris. Unde anno 339, cujus mensis October cum anno Justiniani decimo tertio concurrat, S. Placidum martyrium subisse consequitur; verum paulo post ibidem legitur: Martyrio coronatus quadragesimo primo ac quingentesimo; quæ cum prioribus non coherent. Breviariū Romanum, Clementis VIII et Urbani VIII auctoritate recognitum, priorem temporis notam retinuit: hanc et ego, si quid in re tam incerta audendum est, retinere malim: nam ex ante dictis, necis S. Placidi auctores fuisse Mauros Africanos incoletes, dum quid certius afferatur, probabilius existimo; et anno 339 idem Mauri cum Justiniano, ut ex Procopio dixi num 442, bella gessere, ac proin fieri facile potuit, ut Siciliam, quam Gothis Belisarius Justiniani dux eripuerat, tumultuarie sint adorti ac Martyres nostros trucidarint: quia tamen nec id satis stabilitum apparet, S. Placidi necem sub annum 341 signavi principio Commentarii.

die 5 Octobris, excepto Donato, mensis Septembri occiso,

C 841 De die, quo S. Placidi martyrium contigit, utrisque Actis convenit: nempe tertio Nonas Octobris: quo omnes, præter Donatum, occisos dicunt. Donatus vero in Martyrologio Romano Gregorii XIII jussu edito, et Antverpiæ anno 1586 typis Plantiniani excuso, quarto Nonas Octobris, seu die 4 ejusdem mensis his verbis memoratur: In Sicilia, S. Donati monachi et martyris, discipuli sancti Benedicti abbatis: qui captus a Saracenis, cum Christum negare nollet, gladio percussus est. Addit Wion: Passus est anno 344. . . pridie quam S. Placidus pateretur. Ad eundem diem signatur in Martyrologio Benedictino Menardi, in Calendario Sanctorum Benedictinorum, tomo I Actorum eorumdem præfixo, uti et apud Ferrarium: verum hodie, ut ad diem quartum Octobris in Prætermissis est dictum, in Martyrologio Romano ad diem 5 Octobris una Octobris Tomus III.

cum Placido ceterisque ejus Sociis jungitur. Mutationis ratio fuit, quod maluerint illius auctores illum ceteris ad 5 Octobris jungere, quam pridie annuntiare, cum ex utrisque Actis inter Donati et Placidi necem dies multos intercessisse necesse sit, ut illa vel inspicienti patebit. Dies undeviginti Cajetanus numerat ex collatis invicem Actis, tum quæ ipse Gordiani vocat, et Mabillonius edidit; tum Stephani Aniciensis: quo pacto 16 Septembris Donatus martyrium subisse dicendus est.

AUCTORE J. B.

§ X. Variæ conditi a S. Placido Messanæ monasterii vicissitudines.

F usus tot Martyrum sanguis impiam barbarorum crudelitatem non stitit; verum, ubi deesse animadvertunt Christianos, quos furori suo litent, in S. Placidi monasterium furorem vertunt, et in conditum ab illo S. Joannis Baptistæ templum sacrilegas manus injiciunt: illud flammis tradunt et a fundamentis evertunt: in templum vero S. Joannis Baptistæ ea committunt, quæ infra in Actis Mabillonianis num. 80 sine horrore non legas: arduum tamen creditur est, quod de eodem ibidem his verbis legitur: Præ celsitudinis vero magnitudine, ecclesiam, quam intra monasterium suum beatus Placidus in honore S. Joannis Baptistæ ædificaverat, cum esset ampla et alta, Saraceni succendere (ne quidem quadruplo, quo in id incubuisse dicuntur) sive evertere potuerunt. His peractis, barbari, quinto post occisos Martyres die, Messana solverunt, sed divina insequente vindicta; nam in ipso adhuc freto Siculo Rhegium versus navigantibus tanta repente tempestas incubuit, ut Saracenos, quotquot erant, inquit Stephanus Aniciensis, in maris ima depresserit. Naves centum, Saracenos vero sexdecim mille octingentos numerant Acta Mabilloniana; quo teste, ignoro. Atque hæc quidem prima fuit monasterii Placidiani clades.

Messanense conobium, occisis Martyribus;

E

130 Jacebant interim in maris littore inhumata Martyrum corpora; quibus barbaris humaniores feræ pepercerant hactenus; de quorum discessu Gordianus, qui fuga mortis supplicium evaserat, monitus, Sanctorum exuvias collegit ac tumulis, quo fas fuit honore, recondidit; S. Placidi nimirum, Eutychie, Victorini et Flavie in S. Joannis Baptistæ ecclesia; monachorum vero triginta, in ipso, in quo jacebant, maris littore. Ubi Firmati et Fausti? Sepultis Martyribus, Gordianus Constantinopolim abiisse dicitur: quod utique, ut num. 38 et seq. jam dictum est, parum verisimile est, nec erat ex ejus officio. Magis frugi Siculi fuisse feruntur: hinc namque instaurando S. Placidi monasterio animam adjecisse dicuntur, novamque a S. Benedicto discipulorum coloniam petisse, scriptis ad illum litteris, quas infra num. 85 in Actis primo loco edendis habes: sed non modo has litteras, sed et Benedicti ad suos, audito S. Placidi martyrio, orationem, quisquis in illas vel oculos conjecerit, ut scitias habiturum existimo; de quibus nihil apud Stephanum Aniciensem occurrit, sicut nec apud hunc quidquam legitur de his, quæ in Actis a Mabillonio editis porro narrantur. Sunt autem potissimum hæc: S. Benedictum, quem

a barbaris destruitur; set brevi

F

AUCTORE
J. B.

quem anno 545 e vivis abisse statuunt, Siculorum votis libenter annuisse, ac novam ad Siculos, quæ, quidquid everterant barbari, restitueret, suorum coloniam transmississe; ab hujus in Siciliam adventu anniversarium S. Placidi et Sociorum diem ritu publico ac solemnè admodum apud Siculos celebratum; ecclesiam vero S. Joannis Baptistæ, amisso nomine pristino, exinde S. Placidi dictam fuisse, dum sub Romanis Sicilia fuit. Quæ quidem, etsi falsa non dicam, certa tamen mihi esse non possunt, quod indubitata auctoritatis testimonio aut certa traditione usuque stabilita non videam.

restituitur,
floreteque

451 Restitutum tamen fuisse S. Placidi monasterium, docent, quæ post contigisse videbimus. Rocchus Pirrus Siciliæ Sacræ lib. IV, part. II, Notitia 3 scribit, Casinenses monachos a Vigilio Papa (sedit ab anno 538 usque ad 555) confirmationem obtinuisse, ut suorum prædiorum, villarum, portuum, piscinarum ac ceterorum bonorum, in Sicilia et Italia a Tertullo pro dono concessorum, proventus, fructibus, et dominio libere fruerentur: at diploma illud Vigilianum, quod laudat, num. sincerum magis, quam eidem Pontifici affictæ ad Justinianum literæ, de quibus num. 42 actum supra est? Addit Pirrus restituti monasterii bona pia etiam fidelium liberalitate temporum lapsu non mediocriter accrevisse; in quo quidem nihil reperio, quod vero absimile sit; sed rebus istis Benedictina familia haud admodum diu gavisa est. Etenim, Constante imperatore Syracusis occiso, vehementer in Siciliam facta est Saracenum irruptio, qua denuo Messanense cœnobium, occisa iterum illud incolente Benedictina familia, ingenti clade ac ruina prostratum fuit.

usque ad Con-
stantis imp.
tempora,

452 Petrus Casinensis apud Octavium Cajetanum in Fragmento Passionis S. Placidi tom. I de Vitæ sanctorum Siculorum pag. 181 rei gestæ seriem pandit hoc modo: Tempore illo, quo Constans imperator voluit Novæ Romæ imperium in Seniore Romam transferre, ab urbe Roma Siciliam veniens remoratus est ibi per annos sex. Cum autem balneum Daphne, quod apud Syracusas est, causa lavandi ingressus fuisset, cœpissetque sapone Gallico deliniri, Andreas filius Troili, sumens situlam, dedit eam in vertice imperatoris, fugaque lapsus evasit. Ast imperator cum tardaret in balneo, insiliunt hi, qui foris erant, invenientesque imperatorem occisum, sepulturæ tradere studuerunt, et in loco ejus Mezentium quemdam absque voluntate Romanorum elegerunt; contra quem Constantinus imperator, jam dicti Constantii * filius, cum Romanorum exercitu veniens in civitate Syracusana illum morti addixit.

* Constantis

quo occiso, a
Saracenis

453 Hæc dum ad notitiam Saracenum, qui jam Ægyptum pervaserant, devenissent, subito cum multitudine navium venientes, Siciliam invadunt, Syracusas ingrediuntur, multaque stragem facientes Christianorum, ad beati Placidi monasterium deveniunt, illud prædonum manibus direptum ad solum usque prosternunt, solam tantum ejusdem Martyris ecclesiam relinquentes. Monachos vero, quotquot ibidem invenerunt, diversis suppliciis affectos letho dederunt, vix paucis Christianorum evadentibus, qui per munitissima castra et juga confugerant montium; auferentes quoque prædam nimiam et omnem ornatum illum, quem Constans augustus ab urbe Roma abstulerat in ære et diversis speciebus, Alexandriam redierunt. Hæc Petri narratio partim e Theophane pag. 292 et seq., par-

tim e Paulo diacono de Gestis Langobardorum D lib. V, cap. 41 et duobus proxime sequentibus hausta est: sic loquitur Paulus cap. 43. Hæc audiens gens Saracenum, quæ Alexandriam et Ægyptum pervaserat, subito cum multis navibus venientes Siciliam invadunt, Syracusas ingrediuntur, multaque stragem faciunt populorum, vix paucis evadentibus, qui per munitissima castra et juga confugerant montium. Auferentes quoque prædam nimiam, et omne illud, quod Constans augustus a Roma abstulerat ornatum in ære et diversis speciebus, sicque Alexandriam reversi sunt.

454 Quod de Sicilia universim, ac maxime alteram cladem accipit Syracusis Paulus diaconus dicit, Petrum Casinensem Messanensi quoque cœnobio applicuisse utriusque verba conferenti perspicuum fiet: porro fecit id verosimiliter e majorum traditione: certe illorum temporum scriptorem non novi, qui illud de Messanensi cœnobio nominatim tradiderit. Neque id Theophanes, aut Paulus, quos potissimum Petrus consuluit, faciunt. Sed, ut auctores veteres de everso ea tempestate per Saracenos denuo S. Placidi monasterio sileant; nihil obstet, quo minus Petri dictis fides habeatur: nec enim minuta quæque et singularia versantes in hujusmodi argumentis historici persequi semper solent; Siciliam vero longe lateque Saracenum furori patuisse, mox laudata Pauli verba abunde declarant. Quod autem ad tempus attinet, quo clades illa cum Siciliæ tum Messanensi S. Placidi monasterio illata fuit, e Paulo diacono liquet, referri illam debere ad id temporis, quod Constantis Syracusis occisi, et debellati Mezentii (Mezetium Paulus appellat, Mizizium et Mizizium Theophanes) qui imperatorium nomen, Constanti occiso, arripuerat, interitum proxime fuit subsecutum.

una parte
di sopra di
S. Placido et

E

455 Constans vero, ut refert Paulus cap. 41, anno 660. lib. V, ingressus est Siciliam per Indictionem septimam... Mansit autem imperator in Sicilia ab Indictione septima usque in duodecimam: sed tandem tantarum iniquitatum pœnas luit, atque dum se in balneo lavaret, a suis exstinctus est. Anno 668 Kalendis Septembris Indictio duodecima sumpsit exordium. Anastasius quidem in Vitaliano Papa Indictione XI. die 15 Julii Constantem occisum ait: verum, teste Pagio in Criticis ad hunc annum num. 9, Indictioni XI substituta est duodecima, prout in exemplaribus Anastasianis Mss., regio, Thuaneo, Mazarino et quibusdam aliis, uti et a Mariano Scoto signatur: Constantem autem anno 668 post diem 26 Septembris et ante diem 7 Novembris Syracusis occisum ex Actis Concilii Constantinopolitani tertii monet; quod sane Pauli diaconi verbis supra relatis magis congruit. Porro Constantinus Pogonatus Constantis successor, Mezentianæ tyrannidis certior factus, ex Histria, Campania, Africa et Sardinia cœventium militum ope Mezentium Syracusis cepit; quo vita exuto, Constantinopolim rediit: post hujus vero reditum Saraceni in Siciliam inopinato irruerunt, ut ex Paulo diacono liquet: quæ rerum gestarum a Constantis obitu series, hanc Siciliæ a Saracenis cladem anno 669 illigandam suadet, quod Hermannus Contractus in Chronico his verbis facit: Saraceni, qui jam multis depopulatis provinciis, Ægyptum tenebant, Siciliam hoc tempore invadentes, magnas hominum strages faciunt: et deprædata insula, hisque, quæ Constans imperator ibi collegerat, ablatis, Alexandriam redierunt.

non sub
Adeodato,

- A 456 *Baronius in Annalibus ad annum 669, Vitalianum Pontificem hoc anno sexto Kalendas Februarii obiisse ratus, cladem illam sub Adeodato, qui Vitalianum in Sede Romana excepit, contigisse, tradit et Anastasio, qui illam in Adeodato refert. Non ignorabat quidem Baronius tum Siculorum, qui Saracenorum manus evaserant, ad Lateranenses monachos, tum ipsius Vitaliani ad Messanenses, quibus illos ad monasterium S. Placidi instaurandum hortatur, litteras; sed suspectas habuit, Maxime, inquit Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum 669, num. 73, quod Anastasius hanc Saracenorum in Siciliam impressionem sub Adeodato Romano Pontifice accidisse dicat, non sub Vitaliano, quem Baronius obiisse hoc anno (669) perperam existimavit. Sic est; ea de causa Baronius predictas litteras suspectas habuit; sed, quod ad Siculorum saltem litteras spectat, quid eas Baronio suspectas potissimum fecerit, ipsis Baronii verbis accipe: Hac tenus, inquit litteræ (recitaverat autem tum Siculorum, tum Vitaliani litteras) quæ nobis parum arident ob id potissimum, quod civitates plures (nonaginta et octo civitates villasque, ut aiunt Siculorum ad Congregationem Lateranensem litteræ) in Sicilia hoc tempore possedisse monachi dicebantur, quando nec ipsa Romana Ecclesia vel unius oppiduli, ut ipsum possideret, domina esset, nec imperator ipse, insulæ dominus, tot illic civitates haberet. Id quidem in Vitaliani litteris non legitur, sed utrasque ob mutuam connexionem æque fictitius Baronius verosimiliter existimavit.*

sed Vitaliano
Pontifice.

- 457 *Ceterum Baronii de anno obitus Vitaliani Papæ opinio recentioribus hodie passim displicet. In Opere nostro ad 27 Januarii pag. 779 ita de Vitaliani Pontificatu disseritur: Auctus est Roma S. Martinus per Theodorum Calliopam 13 Kal. Jul. feria 4. Ergo anno Christi 653, quo littera Dominicalis erat F. S. Eugenius sedit annos duos, menses 9, dies 26, obiitque 2 Junii; quare electus videtur circiter 10 Augusti; ubi nempe certo constitit, Martinum Chersonam relegatum, nec esse Romam reversurum; etsi Pontificem se, eo vivente, non gesserit, sed vicarium Pontificis. Post ejus mortem vacavit episcopatus mensem unum, dies 29. Subrogatus est sub finem Julii Vitalianus eodem anno 656, seditque annos 14, menses 6, usque ad 27 Januarii an. 671. Eodem anno mortuum, Papebrochius scribit in Propylæo Maii. Pagius Adeodati, Vitaliani successoris, annum primum Christi 672 innectit. Mabillonius vero e Milone Elnonensi tom. I Annalium Benedictinorum pag. 407 Vitalianum anno 673 Adeodato locum fecisse tradit; sed Milonem in Chronologia Pontificia parum fuisse versatum, tum Henschenius tom. I Februarii pag. 839, tum Papebrochius ostendit in Propylæo Maii, ubi de Vitaliano. Ut sit, cum verosimiliter saltem ad annum 674 vitam Vitalianus produverit, Petrus Casinensis, qui hanc Siculorum cladem et secundam monasterii Placidiani ruinam hujus Pontificis tempore contigisse, saltem innuit verbis mox citandis, hæc ex parte erroris certo argui non potest; neque fidi Cajetano certo debet. Animadversione 6 in Fragmentum ex Historia Petri diaconi de S. Placido et Sociis hanc Siciliæ vastitatem Adeodati potius, quam Vitaliani Pontificatui et Baronio innectenti.*

Tertia ejusdem monasterii clades

- 458 *Petrus Casinensis, narrato cænobii Messanensis excidio, mox ad enarrandam illius in-*

staurationem ita progreditur: Itaque dum Casinensi Congregationi tunc Laterani degenti (non absimili nimirum calamitate involutum ea tempestate Casinense monasterium jacebat, et Romam Casinates monachi sese receperant) relatum fuisset, qualiter Saraceni jam dicti martyris Placidi monasterium ruinæ, et monachos morti dedissent, Vitaliani Papæ adminiculo fulti, cum ingenti apparatu mittentes in Siciliam, idem monasterium restauraverunt. Datas ea de re sive a Siculis ad Congregationem Benedictinam Laterani degentem, sive Vitaliani ad Siculos litteras huc non transcribo, tum quod genuinæ non videantur, tum quod illas Mabillonius, licet a Baronio rejectas, non defenderit. Nunc e Petro tertiam a Saracenis illatam tum Siciliæ, tum Messanensi S. Joannis Baptistæ cænobio cladem audiamus: de Sicilia quidem hæc habet: Postquam vero idem imperator (Leo Isaurus) carnis universæ viam ingressus est, multorum annorum emensis curriculis, tempore, quo Ludovicus, Caroli filius, in Seniore Roma augustale sumpsit imperium, Joanne VIII Papa in Sede Apostolica presidente, in Casinensi vero ecclesia Leone abbate cathedram gubernante, primo anno ordinationis ejus, Dominicæ Incarnationis anno 900 Indictione 3, mensis Augusti die 1, Saraceni a Babylonia et Africa ad instar examen apum cum Abrahamo impiissimo rege suo venientes, Siciliam intrant. Invenientes itaque pacatam insulam, quaquaversum impietatis agmina tendebant, devastabant, depopulabantur, incendio et homicidiis cuncta tradentes. At quid Messanæ a Saracenis gestum?

ACCTORE
J. B.

459 *Post tantas itaque direptiones, inquit e Petro Casinensi proponitur, post alia quædam Petrus, occisiones, incendia et captivitates, sævissima gens Saracenorum ad Messanam civitatem expugnandam devenit. Cumque monasterium beati martyris Placidi ingressi fuissent, evaginatis gladiis, monachos aggrediuntur, illosque Christum negare, et nefandam religionem venerari compellunt. Quod dum contemnerent, omnes in eodem loco, una cum monachis Casinensibus, qui ibi ab abbate suo directi fuerant, Saracenorum gladiis occisi sunt. Illis quoque hoc ordine pro fide Christi jugulatis, monasterium omne præter ecclesiam sancti martyris Placidi a Saracenis destructum est. Dein, nonnullis interjectis, ita proseguitur: Devicta itaque ac subjugata, Saraceni, Sicilia, destructis civitatibus et villis, ac monasteriis Casinensi cænobio pertinentibus, Liparitanam insulam adeuntes, ad solum usque prosternunt. Sicque Siciliam reversi die Kalendarum Augusti urbem Tauromenium cum reliquis villis et oppidis ad solum usque prosternunt, solam juxta civitatem Messanam beati Placidi ecclesiam relinquentes anno Domini 903, Indict. 6.*

460 *Singulas Petri assertiones non discutio: qui multa simul inepte congerit; id tantum observo, multa Petrum velut ab anno 900 usque ad annum 903 gesta, captas scilicet urbes Panormum, Syracusas, Messanam, Tauromenium, Siciliam denique universam, simul congressisse ac confudisse, quæ temporibus longe diversis acciderunt. Quidquid sit de tempore expugnati a Saracenis Tauromenii, Petro antiquior Leo Marsicanus Chronici Casinensis lib. 1, cap. 23 Saracenos ab anno 820 Siciliam ingressos, et Panormum occupasse, scribit; Baronius vero tom. IX Annalium Ecclesiasticorum, ab anno tantum 827. Tom. I Scriptorum Rerum Italicarum part. II, pag. 245 in Chronico Siculo, quod ab anno Christi*

AUCTORE
J. B.

Christi 827 usque ad annum 963 excurrit, hæc lego: Hoc anno (ab orbe condito 6335, Christi vero 827, more Siculorum, quibus Christus natus credebatur anno mundi 5508, ita hunc Chronicum locum commentante Carusio) venerunt Moslemii (Saraceni) in Siciliam medio mensis Julii. Anno autem 6339 (Christi 831) capta est Messana, et Theodotus patricius occisus est. Anno 6340 (Christi 832) capta est Panormus... Anno 6386 (Christi 878) captae sunt Syracusæ vicesimo primo mensis Maii feria quarta. Joannes Caropatates, Venetiis anno 1370 editus, pag. 68 sic habet: Captis... Syracusis ab Africa Saracenis, quo tempore Basilius Macedo (imperavit ab anno 867 usque ad annum 886) imperabat, etiam tota insula occupata fuit, urbes eversæ ac dirutæ, sola excepta Panormo, quæ superfuit, unde veluti ex quodam propugnaculo profecti Agareni regionem contra sitam occuparunt. Rursum in Chronico Siculo paulo ante citato ad annum mundi 6409 (Christi 901) hæc leguntur: Abul-abbas cepit Panormum et cædes magna fuit die Octavo mensis Septembris. Cum igitur tot cladibus ea tempestate identidem affecti fuerint a Saracenis Siculi, plane incertum fit, quo determinato anno tertia illa, eademque postrema canobii Messanensis clades acciderit, ut nullus sit Petrus in assignandis Notis Chronicis, certumque aliunde sit, Ibrahimum sub sæculi x initium Tauromenium expugnasse.

contigit ea
forte sub an-
num 880, die
x Augusti,

161 Neque hac in re a Petri dictis discedere nefas sibi duxit auctor Epitomes Martyrii S. Placidi, apud Cajetanum tom. I de Siculis Sanctis Animadversionum in eorum Vitæ pag. 161, anno 1610 Messanæ typis excusæ, qui postremam hanc Benedictinorum Messanæ cladem potius accidisse conjicit anno circiter 880 Kalendis Augusti, Joanne VIII Pontifice, Ludovico Caroli filio imperatore, Leone Casinensium abbate. De die vero peractæ cladis, mox memorato omnium consensio est: unde Arnoldus Wion occisos postrema hac clade monachos in Martyrologium Benedictinum ad Kal. Augusti his verbis intulit: Messanæ in Sicilia, Passio infinitorum (paulo liberatius hoc dictum est) Sanctorum Monachorum, qui ab Abraymo Saracenorum duce pro fide Christi necati sunt. Illis autem Octavius Cajetanus in Martyrologium Siculum ad eundem diem: Messanæ, Passio sanctorum Monachorum, Ordinis S. Benedicti a Saracenis, duce Abrahamo. Id vero Wioni hic singulare est, quod Benedictinos bis sub Abrahamo passos dicat, primum quidem anno Domini, ut ait, 884; sed ignoto die, ex auctore Martyrii S. Bertarii; dein vero Anno Domini 903, Indictione vi, prima die Augusti ex Petro diacono: verum quæ hic Petri auctoritas est, ut, quod Wion ait, evincat?

superstite ha-
cenus S. Jo-
annis Baptis-
tæ ecclesia,

162 Porro gravissimum, sub quo Sicilia a sæculo ix usque ad Normannorum principum tempora genuit, Saracenorum jugum, ne jam tertio destructum S. Placidi monasterium instauraretur, effecit: superstes tamen et huic (quod sane mirum) cladi fuit S. Joannis Baptistæ ecclesia; sed seu Saracenorum injuriis, seu ipsa sui vetustate multum detrimenti accepit, dum tandem sub Normannis, expulsis e Sicilia felici Marte Saracenis, instaurata est. Qui pulsus a Normannis Sicilia Saraceni fuerint, Petrus diaconus Casinensis in Fragmento Historiæ Vitæ et Passionis S. Placidi et Sociorum apud Octavianum Cajetanum de Sanctis Siculis tom I, pag. 182 enarrat: sed aliquanto

aliter Gaufredus in Historia Sicula Rogerii, Siciliae liberatoris, jussu conscripta. Hic lib. 1, cap. 3 narrat, Becumenem, Siciliae, ut vocat, Admirandum, a Belcamedo prælio victum, Rhegium ad Rogerium comitem profugisse, cujus consilio Rogerius Siciliam aggressus est. Contra Petrus sic scribit: Cum igitur Panhormitanæ civitatis regimen Vulthaminus Admiralus retineret; Belchius servus ejus, contra eum insurgens, honore illum patriaque privavit. Pulsus itaque ille a Sicilia, ad Roberti ducis Rhegensis confugit auxilium. Gaufredus ducis 10 captam a Rogerio Messanam ait anno 1060; Petrus, a Roberto duce anno 1068. Teste iterum Gaufredo cap. 17, anno 1061 cum Bechamet (Petro Balchaoth dicitur) Robertus et Rogerius prælium iniere prope castrum Joannis: Normanni milites 700 tantum, 15 vero habebat Bechamet armatorum millia: victoria tamen penes Normannos fuit, deletis decem millibus Saracenorum, ut Gaufredus scribit. At Petrus, in Saracenorum acie equitum quindecim, peditum vero centum millia fuisse, dicit: addit, Saracenorum, qui in illo prælio periere, vice colligi potuisse numerum; contra e Christianis ne unum quidem sauciatum, nedum occisum fuisse. Petrus igitur hic partim falsa, partim, quæ fiedm superant, narrat. Porro ex Gaufredo capta fuit Panormus anno 1071, Tauromenium 1078; anno denique 1090 Rogerius, Roberti frater, omni Sicilia, sedatis undique motibus, potitus est.

163 Porro Rogerius insignem, non modo ab expugnata armis Sicilia, verum etiam ab instaurata ibidem re Christiana, cui non parum detrimenti sub Saracenorum dominio accesserat, laudem tulit. Messanæ jam inde ab anno 1081, teste Gaufredo lib. iii, cap. 32, Ecclesiam... in honore S. Nicolai... cum summa honorificentia construxit, vel reparavit et diversis possessionibus auxit. Idem et alii in Sicilia locis præstitisse Rogerium, liquet ex diplomate Arnaldi, Messanensis et Traynensis episcopi, apud Pirrum lib. iii, Notitiæ 7, quæ est de Prioratu Messanensi. Ita habet: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Anno ab Incarnatione Domini 1147. Indict. x mense Junio, regnante excellentiss. Rogerio rege Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae. Ego Arnaldus Messanensis et Traynensis ecclesiarum Dei gratia electus: pro Dei dilectione et animæ Rogerii comitis beatæ memoriæ, ac uxoris ejus Adelasiae redemptione; qui per multas tribulationes totam Siciliae insulam, Deo auxiliante, acquisivit, ibidemque plurimas ecclesias diligenter construxit, atque de facultatibus suis eas sufficienter dotavit, quamdam nostram ecclesiam sanctæ Mariæ cum pertinentiis suis, quæ juxta Vaccariæ rivulum antiquitus sita est, concilio et assensu Messanensis et Traynensis capituli hospitali S. Joannis de Hierusalem libere et quiete dedi et concessi. Sequuntur testium subscriptiones, quas brevitatibus gratia omitto.

164 Rochus Pirrus Notitiæ 3, part. ii lib. iv inter templa a Rogerio Siciliae comite condita, vel restaurata vel denuo erecta, Messanense S. Joannis Baptistæ templum recenset; in quo præterea, ut scribit Not. 7, lib. ii, anno 1099 domum hospitalalem erexit, quam equitibus, primo Hierosolymitanis S. Joannis, dein Rhodiis, nunc vero Melitensibus concessit; præposito illi Priore Fr. Guibaldo. Rogerii, Siciliae regis hujus nominis primi, et Rogerii comitis filii diploma laudatus proxime Pirrus adfert, datum anno 1136, in

A *in quo ecclesiae S. Joannis Baptista, olim a S. Placido condita, et honorum Hierosolymitanis equitibus a Rogerio comite concessorum, paterna dona confirmans Rogerius Sicilia rex sic meminit: Totum locum et tenimentum situm in campo Messanae extra muros civitatis, ubi est ecclesia, quae in honorem S. Joannis Baptistae sub beatae recordationis glorioso comite Rogerio patre nostro constituta pie noscitur, cum omnibus suis aedificiis, caemeterio, divisis et pertinentiis... dicto venerando Priori (Gubaldo) et ejus sacro conventui ac eorum successoribus concedendum duximus et perpetuo confirmamus. Petrus Casinensis diaconus apud Cajetanum ait, hanc S. Joannis Baptistae ecclesiam a Normannorum in Siciliam adventu corrupto nomine dictam vulgo fuisse S. Jacinthi, erroreque illum sua etiam aetate vguisse; qua in re refragari illi non cupio; verum a tempore, quo in illa sepulta fuere exuvia S. Placidi, ab eodem Sancto S. Placidi vocitatum fuisse, quod tum Acta num. 93, tum Petrus proxime laudatus addunt, vellem, ut certiori testimonio possem confirmare. Diploma equidem paulo ante adductum, et Petri aetate datum, satis ostendit, etiam tum antiquo illam nomine, quod a S. Placido acceperat, etiam notam fuisse. Haecenus de S. Placidi monasterii vicissitudinibus: nunc, ut ad Sanctum revertar, rerum ordo exposcit.*

§ XI. Instauratus sanctorum Martyrum apud Messanenses cultus et corporum inventio.

Gravissima annorum circiter 230, ut auctor synchronus Historiae Messanae a Saracenis liberatae scribit, Sicutorum a Saracenis oppressio, et Benedictinorum excidium, ut rei Christianae universim insignem procul dubio cladem intulit, ita et S. Placidi apud Messanenses memoriam non mediocriter obscuravit. Sed ecce anno Salutis 1276, inquit Pirrus notitia 3, part. II, lib. IV de S. Placido de Colonero Veteri et Novo Monasterio, oblitterata jam pridem S. Placidi memoria, facta divinitus Messanensibus quibusdam opificibus Sancti apparitione, revixit. Breve apparitionis hujus historiam, quod paulo accuratius hic expendenda sit, neve lectorem alio remittam, ex num. 23 supra repeto: Anno a partu Virginis 1266 (Pirrus supra legit 1276) postquam Carolus rex Siciliae regnum occupavit, beatus Placidus, S. Benedicti indutus habitum, Messanae in vico sellariorum, Raymundo et Florello sellariis apparuit, jussitque, festum sibi diem ad id usque tempus inusitatum omnino celebrarent. Haud abnuere illi; sed quoniam inauditum adhuc fuerat S. Placidi nomen, nedum institutum hominis atque res gestae, quaesierunt, ostenderetur sibi figura corporis, planumque fieret, quid ipse tandem gessisset.

166 Profert ille confestim librum, in quo ipsius Vita conscripta erat: jubet, populum ne historiam celent. Suam vero effigiem hoc modo reliquit. Primario in templo praesentibus iisdem sellariis, itemque presbytero Jacobo, et Serisergio aedituis, pictorem, qui et ipse aderat, effingere imaginem jubet, seque ipsum exemplar inspicere. Monachum ipsum exprimit pictor.

Mox ad eum conversus, rogaturus, verane esset effigies, necne, ediceret, monachum videt nullum, abierat ille, quamvis essent occlusae fores. Hae apparitionis series: accipe modo, a quibus auctoribus profecta sit: Rem ipsam ita se ab ipso Florello, avo suo, accepisse, in S. Placidi festo die pro concione saepe dixit Raymundus doctor et Prior conventus Fratrum Praedicatorum: sed historiam hanc totam Placidus Campus in S. Placidi monasterio monachus legisse se refert in libro sodalitates S. Placidi, qui Messanae in templo maximo servabatur. Addit Cajetanus: Id facit ad veritatem historiae, quod Saracenis dominantibus memoria Passionis S. Placidi coli desiderit, recuperata vero Sicilia, diu adhuc festum non celebraretur, quare in officio S. Placidi occasione ejus miraculi instituto, in quodam Responsorio dicitur:

Vera Dei pietas, cui militat ordo vel aetas,
Exhilarat mentes, Placidi nova festa colentes.

167 Historia haec, relatis modo adjunctis vestita, non uno ex capite fabulam sapit. Primum enim, etsi quidem non adeo mirum fuisset, duobus sellariis ne ipsum quidem S. Placidi nomen id temporis notum fuisse, magis enim vero mirandum esset, usque adeo Messanae S. Placidi memoriam fuisse tunc extinctam, ut nec Messanensibus ceteris S. Placidi nomen tum innotuerit. Et vero non desunt de rebus Messanensibus scriptores, qui quidem ignotum tunc fuisse Messanensibus sanctorum Martyrum sepulturae locum, ac cultum desuisse, fuleantur; perpetuam tamen ac constantem apud Messanenses traditionem fuisse, contendunt, in S. Joannis Baptista templo, loco tamen occulto, illorum exuvias fuisse depositas et conservatas. In his Valtrinus, qui sanctorum Martyrum inventionem apud Cajetanum supra citatum pag. 185 describens haec ait: Verum, cum posterioribus saeculis, impio barbarorum dominatu civitas, insulaque esset oppressa, incensa aede, in qua Sanctorum reliquiae asservabantur, perturbatisque ipsius sepulchri signis, paulatim una cum loci memoria, cultus quoque honosque Sanctorum obsolescere visus est; permansit tamen communis illa constansque opinio a majoribus accepta, divi Placidi Sociorumque martyrum corpora in divi Joannis aede condita esse; licet, confusa locorum memoria, ipsum proprie Sanctorum ignoraretur sepulchrum. Dictorum vero testes adducit versus duos, templi, cum a Rogerio restitutum esset, absidi inscriptos: ita habent:

Reliquias Placidi celebres, Messana, perennes.
Hic jacet, hic saevam pertulit ille necem.

168 Dein, cujuscumque demum sit illius apparitionis descriptio, recentior est et a re gesta remotior, quam ut certa illi fides addi debeat: cum enim Placidi Campuli, qui, ut Pirrus scribit, monasterii S. Placidi de Colonero anno 1428 abbatem agebat, meminere, apparitio autem anno 1266 vel 1276 contigerit, plus quam saeculum integrum hanc inter et illam intercessisse, necessum est. Adhaec vocari merito in dubium potest, num Florellus, homo fortassis simplicioris ac creduli nimis ingenii, Raymundus, et lecta a Placido Campulo ejusdem apparitionis historia, quae mihi ignotae aetatis est, ea quoque adjuncta retulerint, quibus hic vestita illa apparitio prodit. Denique, ubi terrarum liber ille Vitae S. Placidi, sane studiosissime conservandus, visus est unquam? ubi servatus? aut quo tandem evasit? Nihil tamen secius apparitionem aliquam, aut prodigii saltem aliquid

ACTORE
J. B.

sub Saracenis
intermissus,

E

F

fuerit instauratus,

AUCTORE
J. B.

aliquid a S. Placido factum, cujus occasione Sancti apud Messanenses cultus innovari cœperit, verosimillimum apparet. Hujus rei indicium apud Valtrinum habes: Exstat quoque, inquit ille hodie (scripsit sub annum 1558) in ipsa Mamerina (seu Messanensis) urbis æde maxima beati Placidi marginata tabula antiquissima, eo cultu tonsuræque genere, qui tum forte divi Benedicti sectatoribus in usu fuere: quam tabulam ante annos fere 300 (atque adeo circa annum 1276 seu potius 1266) NN. dilutis oleo coloribus pinxisse traditur.

conditumque
in honorem
S. Placidi mo-
nasterium de
Colonero.

469 Sed in hanc rem longe illustrius est, quod laudatus Pirrus scribit; nimirum monasterium, S. Placidi de Colonero dictum, duodecim mill. passuum Meridiem versus Messina distans, ejusdem honori et nomini fuisse erectum, cujus ædificationis historiam e primigenio ipsius monasterii Ms. ita refert: Anno Dom. 1361 honesti et nobiles viri Messanenses, scilicet venerabilis presbyter Robertus de Gilio, Marius de Spetiariis diaconus, Leonardus de Anastasio subdiaconus et Joannes de sancta Cruce sæcularis, omnes pari voto, sæculo renuntiantes, novitalem habitum sumpserunt S. Mariæ Latinæ Messan. Ordinis S. Benedicti. Quorum desiderium cum innovasset presbytero Nicolao Mustazosio terræ Milarum et habitatori Messanæ, eis prædolum pro incolatu dedit; in quo erat ecclesia S. Aloysii de Calsidiro, ubi nunc est ecclesia S. Placidi Veteris: quam etiam reparavit, et multa jugalia, nec non et alia necessaria providit tam ipse,

* alias Guer-
cis

quam venerabilis presbyter Gentilis de Gangis et honorabilis vir Nicolaus de Balsamo, qui plus aliis præstitit. Patres interim, dum ecclesia et habitatio reparantur, in antris habitabant juxta dictam ecclesiam; facta dein probatione, habitum prædictum susceperunt a Priore S. Mariæ Latinæ Messanæ, et elapso anno 1361 professionem emisissent. Postea ab Alimando de S. Sepulchro canonico Messanensi et vicario generali Dionysii archiepiscopi Messanen. (imo a F. Lucido de Murcia Augustiniano anno 1363 die 10 Novembris, inquit Pirrus ex ejusdem monasterii tabulis) licentiam impetrarunt, ut in prædicto loco congregationem sub Regula S. Benedicti sub vocabulo S. Placidi facere possint, Officia Missarumque solemniter celebrare. Prioratus primum fuit hoc S. Placidi monasterium; in abbatiâ id crevit Urbanus V anno 1369. Verum cum loco parum apto hæc sita esset, eam Placidus Campulus ejusdem abbas IV, de quo supra mentio facta est, in amœniorem locum, a comite Andrea Vinciguerra de Aragonia ante concessum, et a veteri monasterio duobus miliaribus distantem, transtulit, accepta ad id facultate ab Eugenio IV anno Christi 1432, ut Pirrus refert. Hinc denique, ait idem auctor, in monasterium Messanense S. Mariæ Magdalene Anno 1633 tota fere Benedictina familia... transmigravit.

Dein sancto-
rum Marty-
rum corpora,

470 Instauratus Messanæ, qua divi occasione, S. Placidi cultus anno 1588, quo illius et Sociorum corpora tandem in S. Joannis Baptistæ ecclesia feliciter fuisse detecta, non Messanæ modo, sed et toto Christiano orbe insigne incrementum accepit. Sanctorum Martyrum inventionem, editosque ea occasione a Messanensibus plausus singulari Opusculo, Philippo Austriaco Hispaniarum principi dicato, et anno 1594 Messanæ excuso, Philippus Gothus, eques Messanensis, accurate descripsit idioma Italico, e quo Mabillonius tom. I Annalium Benedictinorum

lib. IV, num. 16 corporum inventionem compendio refert. Valtrinus quoque supra laudatus, rei gestæ et ipse æqualis, inventionis hujus Epitomen scripsit, quam habes apud Octavianum Cajetanum a pag. 484. Verba illius, resectis iis, quæ inventionem ipsam propius non attingunt, hic exhibebo. Disserit ille primum quidem de Placidi genere, adventu in Siciliam, martyrio, de cultu antiquo hujusque intermissione, et constanti Messanensium traditione, qua S. Placidi et Sociorum exuvie in S. Joannis Baptistæ templo, loco licet ignoto, reconditæ dicebantur.

471 Tum ita prosequitur: Accessere præterea divinitus ostensa prodigia, quæ hanc hominum de sanctorum Martyrum sepultura loco opinionem comprobarent, confirmarentque. Ferunt enim, superioribus temporibus inter ejus templi clericos, antiquæ virtutis ætatisque sacerdoti ad nocturnas preces exurgenti sæpe visos monachos complures, a læva templi parte, binos candelis accensis ingredi supplicantium ritu, atque ante aram maximam sistere sese, inde mox ad divi Placidi aram, quæ ad dexteram absidis pilam erat, flectere, subitòque abscedere. Alter item ejus ordinis sacerdos, Franciscus Caramanna, summa religione et integritate vir, dum viveret, multis audientibus narrare solitus erat, sibi sub auroram templum ingredienti frequenter monachos visos esse tres, ante sacrosanctæ Eucharistiæ aram psallere, neque dubitabat affirmare, sanctos illos esse Martyres, qui in ea ecclesia jacerent: addebatur fore, ut, se mortuo, eorum sacra corpora invenirentur. Quare licet sanctos Martyres publice jam pridem colere desiissent, multi tamen in eo templo privatum illis cultum, precesque adhibebant.

472 Simile quid, si non idem, mutatis adjunctis, legitur in Epistola domni Mauri a Castro Joannis ad Bernardinum Vegium anno 1588 die ultimo Augusti scripta, quam Latine reddidit habes in Appendice Chronici Casinensis sæpe laudata a pag. 803. Illic ita de se ipso Maurus a Castro Joannis scribit: Quando ratiocinando progressi eum certiore facere cogitavi, me a sacerdote quodam affecta jam ætate et vitæ sanctimonia claro aliquando accepisse; qui rursus a sexagenario (90 annorum lego in Epistola Italice scripta et a Wione in Martyrologio ad diem 3 Augusti relata) ejusdem ecclesiæ sacerdote audivisse diceret, nocte intempesta medio in templo precepcionibus matutinis post altare Majus, altari S. Placidi vicinum, vidisse monachum, qui tribus ambulacris totum templum dimensus esset, continuoque locum, unde emigraverat, repetivisse. Hæc ut enarravi, ipsi domino Priori (equitum Hierosolymitanorum mox nominando) locum etiam indicavi. Quidquid sit de relatis modo visionibus, quæ olim contigisse tunc dicebantur, sed ab omnibus verosimiliter non credentur; eo loco saltem, quem Maurus indicarat, post inventa sunt Martyrum corpora, ut certior jam edocebit Valtrini narratio.

473 Recensito archiepiscopi ejusdem Messanensis, cujus nomen typographi forte vitio omisum est, irrito ad detegenda Martyrum corpora conatu, sic pergit: Hoc igitur rerum statu, fama quoque anno 1538 Rynaldus de Naro Syracusanus militaris Ordinis Hierosolymitani, ecclesiam S. Joannis cum prioratu accepit. (Ei enim Ordini ædem a Rogerio comite, ut dixi, restitutam, prioratumque Rogerius comitis filius, ac primus Siciliæ rex attribuit anno 1136.)

D

prævis, t
aunt,

E

apparitioni-
bus aliquot,
nonnulli
sunt qui
asserunt

F

anno 1588 a
Rynaldo de
Nare equite
Hierosolymi-
tano,

A


Is, cum decimo tertio Kalendas Julias Messanam venisset, nihil prius habuit, quam ut Fratri Ugonis Cardinalis, magnique totius Hierosolymitani Ordinis Magistri jussu, sancti Joannis templum in formam elegantiore reconcinnaret: non sine etiam spe aliqua sanctorum Martyrum reliquias inveniendi, quas fama inaudierat, in eo templo jam diu ignotas occultasque servari. Re igitur eum Antonio Lombardo archiepiscopo juratisque civitatis patribus communicata, quinto Kalendas Julii, aram maximam in adversam templi partem, qua fores erant, cum choro transfert: ipse in eo loco, unde ara translata fuerat, novas fores perforat in aream, viamque publicam, totamque ecclesie faciem explicare constituit.

174 In harum rerum fundamenta, dum effo-

ditur humus, sub altera ara (duæ erant enim ex utroque absidis latere) sub ea igitur ara, quæ ad dexteram pilam divo Placido dicata, ejusdem tabulam prisci operis habebat, pridie Nonas Augusti, altius molientibus terram ad decimum quintum dodrantem inter duos parietes, ad instar cryptæ cujusdam fastigiatum, primo lateritiæ structuræ, postremo ex vario marmore sepulcrum apparuit, pedum circiter octo longitudine, latum quattuor. Quo aperto mortuorum hominum corpora quattuor, capitibus, reliquisque ossibus omnibus integris inventa sunt. Quatuor horum, uti et corporum ceterorum, situm vide in subjecto schemate, quod ex Philippo Gotho imitandum curavimus, suppletis litteris M, O, Q, quæ apud Gothum desiderabantur. Quid sibi velint litteræ, dabit addita earum explicatio.

AUCTORE
J. B.
S. Joannis
Baptistæ tem-
plum reficien-
te,

B



E

C

F

Intra septum, quod sexti dodrantis fuit, complura item cadavera reperta, ordine quodam circa sepulcrum collocata, singulisque ad caput, pectusve singulæ appositæ vitreæ fictilesque ampullæ, sanguinis plenæ, aut cruenta terra infertæ, nempe quam manantem e vulneribus

cruorem ebibisse admodum verisimile est. Visabantur quoque passim combustorum ossium, cinerumque acervi, laterculis, quasi furnulis quibusdam, diligenter cooperti; telorumque ex ære fragmentis admixtis, in quibus etiam sagittæ duæ agnitæ sunt; porro, quod maximam admirationem

- | | |
|---|--------------------------------------|
| A Terra cavata 20 palm. | I. VI. Mart. |
| B. Sepulcrum S. Placidi & Fratrum et Sororis | L. Murus circa Sepulcrum S. Placidi. |
| C. Eorundem Corpora. | M. Ova semivivæ & Carbones. |
| D. Corpus Martiris primi. | N. Altare antiquissimum. |
| E. II. Mart. | O. Locus Varii usque Ossibus pleni. |
| F. III. Mart. | P. Fons ibi repertus. |
| G. IV. Mart. | Q. Forma Vasculorum cum sanguine |
| H. V. Mart. | R. Sepulcrum Pompeii Cella |
| S. Forma Vasculorum circa Corpora inventorum. | |

AUCTORE
J. B.

deteguntur :

re vulgato,

et variis pro-
digis confir-
mata,

admirationem apud omnes facere debet, ex ipsis ossibus per tot annorum tabem consumptis, atque adeo ex ipso pulvere sepulcri, inusitatus quidam, itemque suavissimus odor efflabatur. *Sed gradum hic sistamus paulisper.*

175 *Maurus a Castro Joannis loculum istum et quatuor in illo contenta corpora die tertio Augusti detecta scribit : Valtrinus vero, ut ex citatis verbis liquet, die vi; quod et Philippus Gothus, qui rei gesta interfuit, facit. Nulla tamen hos inter auctores hic repugnantia est : die enim tertio Augusti noctu clam et latenter a fossoribus Martyrum corpora primum detecta fuerunt; die vero tantummodo postero res per urbem vulgata omnium ordinum conspectui patuit. Ceterum, ut Gothus refert, quatuor illa corpora, tumulo separato inclusa, cum silum habebant, ut ex illis tria capite in Meridiem spectarent, quartum autem, quod feminae erat, situ contrario in Aquilonem. Complura item alia corpora illic esse inventa, Valtrino Gothus consonat, nempe triginta tria, quorum novem circa priorem tumulum sita et peculiari septo conclusa jacebant; ultra septem cetera, quantum quidem e Gothi schemate conjicere licet, quod extra septum quindecim tantum corpora exhibet. Praeter haec inventa esse et alia, ac inter cetera corpus puri triennis Cajetanus addit in Annotatis. Redeo ad Valtrinum.*

176 Hac nova corporum inventione per urbem vulgata, licet notae nullae sepulcro essent inscriptae, quae rem indicarent, nemini dubium fuit, quin ea ipsa sanctorum Placidi, Sociorumque essent corpora, quae tot saeculis occultata pio fuerant potius, quam felici labore quaesita. Itaque magni statim hominum concursus ad aedem D. Joannes fieri coepta : atque innumera- biles, alii aliis morbis oppressi, cum aquam, quae ad imum sepulcrum scatebat, bibissent, aut etiam ipsum sepulcrum contigissent, Deo magno suos glorificante Martyres, mirabiliter sanati sunt. *Pauca ex illis prodigiis Octavii Cajetani, qui Messanae societatem nostram sexennio ante, quam haec ferent, ingressus est, verbis refero.* Primum, quod sancti Martyres ediderunt signum, *inquit ille, in Josepho Frassica fuisse fertur.* Hunc enim ipsa nocte, qua inventae sunt sanctae reliquiae, caput e sepulcro in suas aedes asportantem caelestium iram incessisse tradunt; ut e templo pedem extulit, repentino horrore concussus, aegre centum passus confecit; ulterius pergere nec animus nec vires permisere, quare rursus in sepulcrum, quod abstulerat, deportavit.

177 Mariano Marroco rediit exesa vis luminis, oculis aqua respersis : Vuillelmo Spuccio elapsa in pravum brachii ossa, nervique feliciter integrata. Ereptus Joannes Luparus e morbo difficili, neque humana ope judicio medicorum superabili. Francisca Blasia diuturno absumpta tabo audire per quietem visa, convalituram, simul ac aquam S. Placidi ebiberet. Orto sole excita, neque vanum somnium rata, quod audierat, prope jussa exequitur, et fidei pretium incolumitas fuit, longa tabe corporis per emissum sanguinem exoluta. Liberari Thomas Vivianus ex apoplexia, Marianus Carozza ex paralyssi, ex hydropisi Tissa Gotha. Puella obruta curru, fronte lota, convaluit, aliisque conversae ad usum manus pedesque, aliis aures, aliis oculi : pulsi ab obsessis cacodemonibus. Denique plurimae tabellae templo Sanctorum affixae miraculorum multitudinem contestantur. *Hac e multis pauca*

sufficere Cajetanus credidit, ut de ceteris conjectura fieri possit. Quid porro Valtrinus memoret, audiamus.

178 Certior his de rebus, prout debuit, archiepiscopus factus, in D. Joannis aedem venit, inspectisque coram rebus omnibus diligenter, jussit Thomam Calvum abbatem in miracula, quae facta dicerentur, studiosissime inquirere; eaque testibus comprobata in publicas tabulas per scribam recte atque ordine referri. Tum adhibitis medicis chirurgisque duodecim doctissimis, quaesivit ex iis, num sciri aliqua ratione posset, quorum illa essent ossa, quae in lapide sepulcro seorsum condita essent. Qui, capitibus singulis attente consideratis, ex ossium magnitudine ac figura, aliisque artis anatomicae praecipis, constanter responderunt, tria corpora virorum sibi videri, quartum vero puellae; idque etiam, tactis rite sacris, contestati sunt.

179 Cum autem plerique ab archiepiscopo efflagitarent, ut pro ea potestate, quam synodus Tridentina episcopis concedere videretur, ipse sanctorum Martyrum reliquias, hominum existimatione miraculisque vindicatas, publice adorandas exponeret; is, ne quid temere in re tanta statueret, in consilium advocavit ex suis clericis religiosisque familiis litteratissimos quosque, ferme ad triginta, et quamvis tres mares cum puella in eodem sepulcro reperti, sepulcri praeterea ipsius sub abside situs ac species, locus ipse, historiarum monumenta, majorumque traditio, nec non admirabilis odoris fragrantia, certissimaque inquisitione explorata miracula, inventi tandem thesauri fidem facerent, neque in iis vindicandis de archiepiscopi potestate dubitaretur; tamen, quo majorem auctoritatem minore cum dubitatione apud nationes universas haec inventio obtineret, tota res integra ad Romanum Pontificem Max. rejecta est.

180 Itaque idem archiepiscopus, Romam profectus, rem Sixto V Pontifici narrat, rogatque, ut pro sua auctoritate, quod tot rerum argumentis ostensum erat et comprobatum, ratum faceret. Pontifex, letus rerum eventu, cum purpuratis patribus rem communicat, et de communi sententia SS. MM. Placido Sociisque, et eorum reliquiis Messanae inventis, caelestium honores habendos esse decernit, perscripto diplomate et Messanam ab archiepiscopo allato, ingens laetitia cives pervasit; tum demum decretum a Messanensi senatu, ut anniversario ritu solemnibus pompa ac supplicatione festa Sanctorum Inventio ad 5 Nonas Augusti celebraretur. *Haec Valtrinus satis accurate : nec omittendum tamen, quod Gothus memorat, inventum illic quoque haud procul S. Placidi sepulcro Pompeii Cili tumulum, hac inscriptione notatum :*

Σεστος Πομπηιος Φοιβος απο Ρομης εθαλε * an ενθα δε κειται.

Id est :

Sextus Pompeius Phœbus ex urbe Roma hic jacet.

Idem nimirum, qui in Actis a Mabillonio editis num. 42 potius Messanensi praefuisse dicitur, cum illuc S. Placidus primum cum Sociis appul- sus est.

181 *Hac Martyrum inventio Historiam martyrii ipsorum non parum confirmat, et Acta de illis conscripta, utut male consuta erroribusque respersa, non anni ex parte fabulosa esse, ostendit. Tumulus ille, qui quatuor corpora, tria quidem virorum, quartum vero feminae, continebat separatim*

D

archiepiscopus Messanensis Antonius Lombardus

de omnibus Sixto v Pontificem juridice instruit,

E

a quo sacras honores S. Placido et Sociis imperat.

F

Inventionis adjunctae Actaque inter se comparantur,

AUCTORE
J. B.

A *separatim a reliquis, inter quatuor hos Martyres modo passionis societatem, sed et peculiarem quamdam necessitudinem ac connexionem intercessisse, omnino insinuat; quas Placido, duobus ejus Fratribus, et Sorori loco non uno tribuunt Acta. Pompeii Cili quoque tumulus a Martyrum sepultura non procul remotus, utrorumque familiaritatem confirmat, quam adstruunt pariter Acta num. 42. Avulsa a corporibus capita, vel corpora sine capitibus inventa martyrii genus indicant, quo eorum aliqui perierunt. S. Placidum cum Fratribus et Sociis 33 capite truncatos, aiunt Acta num. 79. His quidem plura corpora lapsu temporis inventa fuerunt; sed neque id Actis contrarium est, imo conforme: nam num. 70 non modo in predictos Martyres, sed etiam passim in utriusque sexus fideles Saraceni sevisse dicuntur; imo et in pueros: inter cetera vero occisorum corpora inventum fuisse pueri triennis corpus, Cajetanus scribit. Reperta illic ossa ignis fuligine aspersa, et carbones cineresque congesti argumento sunt Martyrum nonnullos igne tortos fuisse: sed et hoc supplicii genus num. 70 Saraceni adhibuisse leguntur. Denique fama est etiam (utique recens nec dubia) inventum in sepulchro (S. Placidi) vasculum, in quo S. Placidi lingua asservabatur, quod argento gemmisque ornatum Messanensis domus professa Societatis Jesu obtinuit, ut item Cajetanus scribit: Placido autem præter illata illi tormenta cetera, linguam quoque fuisse præcisam, habes Actorum Mabillonianorum, quæ hæc laudavi, num. 74.*

et ex utrisque non improbabili, de tempore, quo primum Acta scripta fuerit, conjectura dicitur.

B *182 Ex his nova hic animum subit de tempore, quo primum S. Placidi Acta conscripta fuere, suspicio. Satis quidem certum apparet ex dictis § 3, non ante seculum XII hæc Acta in lucem fuisse protracta, sed scribi citius, ac ad id usque temporis latere potuerunt: et vero id re vera contigisse, suadere videntur hæc Actorum num. 90 verba: Id ipsum fecerunt successores ejus (Vigiliæ Papæ) numero 49; cum enim a Vigiliæ Pontificis 49 numerando ad Joannem VIII perveniamus, sub cuius nempe tempora postrema a Saracenis Messanensibus Benedictinis clades illata fuisse fertur; suspicor, tum circiter, ex traditione tunc vigente, ne S. Placidi Historiæ memoria prorsus evanesceret, hanc aliquem literis consignandam suscepisse, cujus lucubratió ad sæculum usque duodecimum tenebris involuta latuerit, dum tandem, casu alicubi inventa, et Gordiani forte credita, a Petro Casinensi aut alio quovis non tamen absque interpolatione, sub illius nomine in lucem missu fuerit. Sane ab occupata a sæculo IX per Saracenos Sicilia usque ad sæculi XII initium non tam distincta viguisse apparet Placidiani martyrii notitia, ut tot et tam singularia illius adjuncta, quot num. superiore recensui, quæque facta demum anno 1588 corporum inventio omnium oculis exposuit, sæculo XII quisquam scire, ne dicam, divinare potuerit. Atque hinc forte Leo Marsicanus sæculo XI tam pauca de S. Placido in Casinensi Chronico scripsit. Accedit, Mabillonium anno 1685 horum Actorum exemplar Casini vidisse, quod ante annos septingentos (vide tom. I Itineris Italici pag. 125) scriptum censuit, atque adeo, Mabillonii iudicio saltem ad sæculum X referendum. Sed jam, quæ sanctorum Martyrum inventionem consecuta sint, videamus.*

Octobris Tomus III.

§ XII. Cultus publicus a Sixto V et Paulo V sanctis Martyribus decretus.

S *Superiore § num. 178 vidimus, Antonium Lombardum archiepiscopum Messanensem Urbem adiisse, ut sanctorum Martyrum reliquias suo calculo Sixtus V approbaret, ac Sanctorum honores illis habendos esse decerneret: illum vero voti compotem factum latumque ad suos rediisse. Sane Pontifex Messanensium votis cumulatissime, re tamen mature excussa, fecerat satis: neque enim dumtaxat sanctis Martyribus sacros honores habendos esse decrevit; sed geminum etiam in eorum honorem festum instituit; alterum tertio Nonas Octobris, quo passi sunt, Messanæ ac in tota illius provincia sub ritu duplici; sub simplici vero toto orbe Christiano celebrandum: alterum vero, nempe Inventionis, pridie Nonas Augusti in S. Joannis Baptiste Messanensi ecclesia sub ritu pariter duplici. Adhæc, ut fideles ad sanctorum Martyrum cultum vehementius excitaret, indulgentias plenarias die Inventionis in prædicta ecclesia lucrandas largitus est; edito his de rebus Brevi Apostolico, Idibus seu XII Novembris, anno 1588, Pontificatus sui quarto. Integrum illud habes apud Cajetanum tom. I Sanctorum Sæculorum in Animadversionibus ad eorum Vitæ pag. 157 et hinc seqq. apud Ruinartium in Appendice, Apologiæ S. Mauri subnexa, a pag. 174; apud Wionem Ligni Vitæ lib. III a pag. 253, in Appendice Chronici Casinensis a pag. 807. Prolicam bullam et toties recusam breviter tantum perstringam, sic tamen, ut, quæ mox citari, conceptis bullæ verbis sim confirmaturus.*

Sixtus V
sanctorum
Martyrum

184 *Mox a præmio Pontifex S. Placidi vitæ et martyrii brevem historiam texit; in qua Placidum a Saracenis occisum ait; quod ab illo, ut historice et ex aliorum fide relatum, non ut Pontificis auctoritatis oraculo definitum accipe. Dein, qua rerum serie Martyrum corpora post longi temporis intercapedinem inventa sint, explicat. Tum ait, se Cardinalibus concilii Tridentini interpretibus inventarum reliquiarum negotium ex rerum gestarum processu diligenter pro rei gravitate discutiendum dedisse, ac tandem ex eorum consilio et assensu auctoritate Apostolica decernit, ut eorundem sanctorum martyrum Placidi et Sociorum dies festus, quo illi bono et legitimo certamine pro Christi gloria absoluto, cursu consummato, et fide servata, nobilissima martyrii palma decorati ad cælestem patriam migraverunt, nimirum III Nonas Octobris, in omnibus Christiani orbis partibus sub Officio simplici, in Messanensi vero civitate et provincia duplici; et præterea alter dies festus Inventionis eorundem pridie Nonas Augusti in ecclesia præfata S. Joannis Baptiste Messanensis dumtaxat, sub duplici pariter Officio, a cunctis personis ecclesiasticis, sæcularibus, ac quorumvis Ordinum religiosis, de communi plurimorum Martyrum, ubi proprium deerit, perpetuo celebretur. Tum sic pergit Pontifex.*

E

duplex festum

F

* adde diocesi

185 *Volumusque, ut in Calendario, quo nunc utimur, sicut in Romano Martyrologio, et antea in quibusdam Calendariis habebatur, ad eum*

præscribit;

14 diem

AUCTORE
J. B.

diem eorumdem Sanctorum nomina adscribantur, etiamsi in novissima Missalis et Breviarii Romani editione ea fuerint prætermissa. Adhortantes utriusque sexus Christi fideles civitatis Messanensis incolae, ut eorumdem martyrii diem festum pie ac religiose colant et observent: et, sicuti in reliquis diebus festis de præcepto sanctæ matris Ecclesiæ moris est, a servilibus operibus absterneant. Ac demum ad augendam Christiani populi erga eosdem inclytos Martyres devotionem, utque eo frequentius et ardentiori pietatis studio confluant ad sacra eorum sepulcra, quo uberius cognoverint, se per hoc cælestis gratiæ donis esse refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, eisdem Christi fidelibus vere pœnitentibus, qui peccata sua sacerdotibus idoneis, ab Ordinariis locorum approbatis, confessi fuerint, ac sanctissimum Eucharistiæ sacramentum susceperint, et prædictæ Inventionis die festo dictam ecclesiam, ubi eadem sancta corpora requiescunt, devote visitaverint, atque inibi pias ad Deum preces fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem perpetuo concedimus et elargimur. Quo circa etc.

qua in re

186 *Hæc quidem Sixtus V ad promovendum S. Placidi et Sociorum in fidelibus cultum: verum satisne prudenter se gessit in hoc negotio Sixtus? Bailletus enim in Vitis Sanctorum ad diem 5 de S. Placido agens (verba leges infra num. 491) Pontificem illum, velut hac in re minus caute versatum, sigillare non veritus est. Quin Sancti et martyres fuerint, quorum corpora anno 1588 Messanæ inventa sunt, qui locum sepulturæ, signa martyrii num. 174, et miracula num. 176 et seq. relata, Pontifici legitime probata, consideravit, nemo, opinor, vocabit in dubium, neque id Bailletus inficias ivit. At fuerintne corpora SS. Placidi et Sociorum ejus, Bailletus non nisi dubium et incertum est: num recte, dispiciamus. Messanensium traditio fuit, S. Placidum Benedicti discipulum, hujus Fratres, Sororem et Discipulos pro fide Christi Messanæ fuisse occisos et in S. Joannis Baptistæ templo sepultos. Vigeat apud Messanenses ea traditio sæculo xi, quo ad annum sexagesimum profecto, Messanæ Saracenis eripuisse Rogerium, ac dein S. Joannis Baptistæ templum instaurasse, vidimus supra. Instauratum autem fuit sub S. Placidi nomine, atque ita vocatum sæculo sequenti, sub cujus initium natus est Petrus Casinensis, qui eam dicti templi appellationem permansisse, ait, ad suam usque ætatem, licet corrupte sub S. Hyacinthi nomine.*

non ita leviter

187 *Fatetur id Bailletus: at alia hujus appellationis causa, præter eam, quam dixi, traditionem, assignari non potest. Ex eadem quoque profectum est, ut instaurati a Rogerio templi apside, quod loco num. 167 citato Valtrinus refert, Placidi Sociorumque martyrium fuerit appictum, cujus rei vestigia sua etiam ætate superfuisset, scribit. Porro traditio illa neque ex miraculo S. Placidi anni 1266, ut per se liquet; nec Pseudo-Gordiani Actis, que, nescio, ubi gentium scripta, sæculo tantum xii protracta in lucem, hominum manibus teri cæperunt; nec ex eventu aliquo singulari, qui Rogerii tempore contigerit, cujus vide licet nulla usquam mentio est, originem duxit; nec alia initæ traditionis epocha sæculo xi antiquior, Placidi vero ætate recentior, nisi gratis omnino, fingi potest. Reliquum ergo est, ut, nisi temeritatis notam incurere velimus, cum scripto-*

ribus Messanensibus illam jam inde a S. Placidi Sociorumque martyrio ad sæculum usque xvi nullo unquam tempore interruptam perdurasse, credamus.

188 *Jam vero, sæculi xvi hominem, qui, nondum detectis Martyrum corporibus, de traditionis, licet adeo antiquæ atque constantis, et per se non incredibilis, veritate dubitet, nobis tantisper, si lubet, fingamus. Videat hic casu potius, quam consilio, non a Benedictinis monachis, sed ab equite Hierosolymitano, in quem sinistra suspicio cadere nulla poterat, corpora quædam sub ara studiose recondita relegi; videat signa martyrii, et miracula supra recensita: quolusquisque est, qui hæc intuitus traditionem illam suspectam falsihabeat, ea nimirum ex parte, qua sanctorum Martyrum corpora illic contineri perhibebat; quin et ipso rei eventu comprobata hæc ex parte non fateatur, ac paulo melius de illa sentire incipiat? Tum videat tumulo separato corpora aliquot inclusa; animadvertat numeri sexusque cum traditione congruentiam; nec dubito, quin traditioni ponderis aliquid sit accessurum. Denique multo ante dicta et in Actis recensita, illa potissimum, que num. 181 congressimus, cum iis comparet, que suis oculis haurit; multum profecto fallor, nisi absque hesitatione traditionem illam, spectata saltem substantia rei, veram esse, pronuntiet.*

Pontificem,

189 *Posteaquam autem Pompeii Ciliæ sepulcrum viderit, non dubitabit, quin id illius sit, cujus in Actis num. 42 mentio est. Et si autem, num Messanensi portui Tertullii nomine præfuerit, fortassis sit dubitaturus; non ambiget tamen, quin operam aliquam S. Placido, cœnobium suum condenti, præstiterit, suumque in illum amorem et venerationem, delecto non procul a S. Placidi tumulo sepulturæ suæ loco, testatum esse voluerit; atque ita pari fere tum Pompeii Ciliæ, tum S. Placidi sepulcrum, licet hoc nulla inscriptione insignitum reperiat, securitate agnoscat, et in suscepta sententia non parum confirmabitur. Sola igitur Messanensium traditio, secundum præcipua capita rerum eventu probata, ut alia omnia defuissent, sufficere Sixto V potuit, ut corpora, anno 1588 in S. Joannis Baptistæ templo Messanæ inventa, SS. Placidi et Sociorum esse, citra levitatis notam declararet, ac sacros illis honores habendos esse, decerneret. Laudat præterea in Bulla Pontificæ tum antiquas historias, tum ecclesiæ Messanensis monumenta, in quibus, maxime in his, nihil omnino certi atque indubitati reperit fuisse, ego affirmare non ausim.*

ostenditur,

190 *Sed Acta, inquit, S. Placidi subdititia sunt, recentia, fabulosa, nullius fidei. Esto: non traditio Messanensium Actis, sed Acta traditioni suam debent originem: proin hæc ex illa sunt æstimanda, ac admittenda in iis, in quibus traditioni, quantum quidem hæc rerum eventu probata fuit, consentire noscuntur: nec porro æquum est, eadem censura verum perinde ac falsum perstringere, modo est, unde alterum ab altero seceratur. Sed, item inquit, Sancti cognomines ad hunc eundem diem in Martyrologiis antiquis notati reperiuntur, et quidem a S. Placido Benedicti discipulo ac ejus Sociis verosimilitus diversi: forte ergo horum Martyrum corpora anno 1588 Messanæ inventa sunt, Placidique et Sociorum ejus per errorem existimata. Sic habet: in antiquis Martyrologiis Sanctos cognomines, et a nostris verosimilitus diversos ad dictum diem notatos invenimus: sed nusquam in illis Messanæ passi sepultive, aut eo translati leguntur, sed*

A *sed tantum late in Sicilia annuntiantur, et ne quidem omnes* : Firmatus enim et Flavia Autissiodoro tribuantur. *Levis igitur causa est, ut Sanctos illos, cetera prorsus incognitos, de quibus, quae in inventione anni 1588 detecta sunt, nullus unquam dixit, Messanae in S. Joannis Baptistae templo olim sepultos existimemus* : cum neque mirum sit, *isdem nominibus S. Placidi Socios venire, quibus martyres illi* : Pseudo-Gordianus enim, cum vera Fratrum et Sororis S. Placidi nomina ignoraret, ac in antiquis Martyrologiis ad eundem diem, quo suus Placidus passus fuit, Placidum quemdam in Sicilia passum inveniret, *cujus illic Socii memorabantur Eutychni et Victorini*; horum nomina S. Placidi Benedictini Fratribus applicuisse videtur; quemadmodum virginis Autissiodorensis nomen ejus Sorori applicuit, eorumque in itinere socium Firmatum dixit. *Isdem quidem nominibus illos Sixtus appellavit; sed morari Pontificem nomina non debuerunt, ubi de re et personis illi constabat. Nunc Baillei supra citati verba Gallica, Latine reddita, expendamus.*

ac Bailleus insinat,

B 191 *Sic habent* : Detectorum anno 1588 (Messanae) corporum nulla inscriptio fuit, nota nulla, quae nomina eorum, quorum corpora detecta fuerant, indicaret. Nihil pariter animadversum fuit, unde corpora ista monachorum, aut speciatim S. Placidi, duorum ejus Fratrum, Sororis, ac triginta Religiosorum ejus fuisse, probaretur. Judicatum tantummodo fuit ex capitibus quibusdam, a reliquo corpore separatis, ex vasis aliquot instrumentis martyrii, et ex infuso corporibus quibusdam plumbo, aliquorum martyrum esse potuisse. Verum hae conjecturae cum quadam illius patriae traditione, quam Benedictini monachi Pseudo-Gordiani ope fovendam curarant, conjunctae, Sixto quinto sufficere sunt visae, ut reliquias, sub pavimento ecclesiae S. Joannis Baptistae Messanensis detectas, esse corpora S. Placidi, discipuli S. Benedicti, Religiosorum, Fratrum et Sororis ejus, in quadam excensione Mamuchae, praefecti classis Abdallae Saracenorum regis, martyrio affectorum, edita bulla die 13 Novembris ejusdem anni declararet, festumque horum Sanctorum, velut martyrum, publicum et perpetuum per universam Romanam Ecclesiam praescriberet. Quamquam falsum apparat Saraceni regis praefectique adjunctum, nihilque, nisi dubium ac incertum, in hac corporum recens inventorum approbatione occurrat, poni in monacho Placido et Sociis sanctitas potest. cultu, illis ab eo Pontifice decreto, digna, et referri bullae executio ad martyres alios cognomines, magis certos alio tempore occisos, sed Martyrologiis antiquis ad diem 5 Octobris, postremorum festo a Sixto quinto delectum, inscriptos.

parum sincere

C 192 *Aliud igitur faciendum Pontifex jubet, aliud contra Bailleus monet. Ille Placidum, S. Benedicti discipulum, et Socios Sanctorum cultu honorandos praescribit; hic contra, relicta Placido et Sociis, quam forte habuerunt, sanctitate, eundem cultum ad alios martyres, vetustis Martyrologiis inscriptos, transferendum monet. Utri parebitur? Si Messanenses, si ecclesiam dictis suis audientem Bailleus voluit, meminisse debuerat, paulo fidelius agendum sibi fuisse, ut Pontificis hac in re judicium infirmum incertumque fuisse persuaderet: nec satis fuisse, si, omisis praecipuis et singularibus, generalia quaedam, unde nihil singulare confici possit, inventionis ad-*

juncta describeret. Verum quidem est, nullam inventam fuisse inscriptionem, quae quorum essent detecta corpora, proderet: at nihilne propterea detectum fuit, unda corpora ista S. Placidi et Sociorum fuisse probaretur? Nihilne huc faciebant quatuor illa corpora, quorum tria virorum erant, quartum vero feminae, tumulo separato inclusa? Nihil Pompeii Cili sepulcrum, nihil adjuncta cetera supra relata, quae antiquam Messanensium traditionem, quam verbis extenuando aliquam Bailleus vocat, quantum ad praecipua saltem rerum capita, veram sinceramque fuisse ostenderunt?

ACTORUM J. B.

E 193 Porro qua fide Bailleus ait, *judicatum dumtaxat fuisse, inventa corpora martyrum aliquorum esse potuisse? Legerat Ruinartium, legerat Mabillonium, quos in margine laudat: atqui uterque ex Gotho equite Messanensi et rei gestae teste oculato scribit, ne dubium quidem fuisse Messanensibus, quin S. Placidi et Sociorum corpora invenissent, quae in S. Joannis Baptistae templo, loco licet occulto, sepulta fuisse, traditione antiquissima edocti fuerant. Sic Gothi verba Italica Latine Mabillonius reddit lib. iv Annalium Benedictinorum num. 16. Et quia antiqua ferebat traditio, sanctum Placidum Sociosque ejus in illo templo, sed incerto loco, humatos fuisse, haec corpora eorum esse, non dubitarunt Messanenses. Foverintne aliquando Acta S. Placidi, Gordiano afficta, Messanensium traditionem, nec ne, nihil interest: vigerat illa dudum, priusquam Acta illa in lucem prodierant; nec, ut vigere pergeret, hujusmodi adminiculo opus habuit. Videtur Bailleus hic magis male consulat Actorum fabulas, quam vim et antiquitatem traditionis Messanensium, quam hujus cum inventionis adjunctis congruentiam, quam denique Sixti in examinanda re diligentiam considerasse, quae tamen negligenda non erant: unde judicium minus aequum tum de recentiori S. Placidi cultu, tum de Sixto Pontifice tuiti. Falsus quoque Bailleus est, dum S. Placidum velut S. Benedicti discipulum, SS. Eutychnum et Victorinum, velut illius fratres, S. Flaviam, velut sororem, Monachos triginta, velut discipulos, Martyrologio Romano sub eodem Pontifice primo insertos scripsit: nam haec omnia in Martyrologio Romano Gregorii XIII, Sixti decessoris, jussu edito et anno 1586 typis Plantiniani recuso, verbis fere isdem, quibus utitur Romanum hodiernum num. 1 laudatum, diserte leguntur. Illud sic habet: Messanae in Sicilia, natalis Sanctorum martyrum Placidi monachi, discipuli beati Benedicti abbatis, et fratrum ejus Eutychni et Victorini, ac Flaviae virginis eorum sororis, aliorumque triginta, qui a Mamucha pirata pro Christi fide necati sunt.*

Sixti exemplo Paulus V

F 194 *De Martyrum corporibus anno 1588 Messanae in templo S. Joannis Baptistae inventis haec tenet, quorum numerum univrsim ad 37 excrevisse, Gothus scribit. Verum dum reparando S. Joannis Baptistae templo incumbere Messanenses pergunt; alia aliaque, similibus martyrii signis instructa, sive intra sive extra templi septa, magis minusve depressa subinde erantur. Rem gestam succincta totius inventionis Epitome anno 1610 Messanae edita explicabit. Sic habet: Anno Domini 1588, cum aram maximam templi S. Joannis Baptistae, in quo sanctorum Martyrum ossa delitescerant, in contrariam partem, qua aditus patebat in templum, transferri placuisset, et janua ad absidem, ubi ara fuerat, statuenda esset, dum pro jaciendis illius fundamentis*

AUCTORE
J. B.

mentis eruitur terra, non solum tumulus quatuor Martyrum, Fratrum et Sororis, intra ecclesiam fere sub altari detegitur, sed deinceps Sociorum aliquot corpora in ipsa quidem terra, sed intra ecclesiam alte ad aquæ scaturiginem palmis usuariis circiter quatuordecim effossa reperiuntur. Quin ex his aliqua sub ejusdem templi fundamentis, ut verisimile sit, monachos per Messalinum et Messanenses a beato patre Benedicto impetratos, et in locum Martyrum submissos intra templum transtulisse, quos Gordianus, ut tempus tulerat, effoderat in arena, effectumque, ut templum seu vetustate collapsum seu multis post sæculis a Saracenis, rerum in Sicilia potitis, eversum, illis jam Messanensium virtute et Rogerii Normanni auspiciis tota Sicilia exactis, dum pia civium religione reedificatur: et in angustiore formam redigitur, quorundam Martyrum ignota jam corpora fabricæ suffundari contigerit, et multa extra ecclesiam relinqui, ex his etiam, quæ in illam immissa fuerant.

detectis postea
aliis præterea

B

495 Placidi vero et Sociorum aliquot reliquias jam inventis et Systi V Pontificis maximi auctoritate probatis, et quanta fieri potuit pompa et celebritate expositis; dum templum, in quo sacra pignora defossa fuerant, sensim diruitur et publico sumptu magnificentius restituitur, aliorum aliquot cadavera deteguntur, quæ reverendissimus Frater Bonaventura Secusius, patriarcha Constantinopolitanus, et tunc archiepiscopus Messanensis, facta sibi a sacris canonibus, et demum ab œcumenica Tridentina synodo facultate, ad prius inventa apponi, et cum illis exponi curavit. Cumque anno 1608 jam fabrica ad extremam percurreret partem, qua nempe templi facies, januis ad campum et ad oram maritimam reseratis, extruenda erat, atque inibi ut fundamenta locarent, non longe ab inventi sepulcri et aliorum corporum loco alte terram molirentur, alia et deinceps alia, sane multa sanctorum Martyrum cadavera magno civium concursu, magna omnium ordinum frequentia, multis ad terræ et sanctorum ossium contratum, multis ad haustum ejus, in qua jacuerant, aquæ, editis miraculis, in lucem proferuntur. Conjectura autem est, ex his ea, quæ ad eandem æqualitatem cum beati Placidi Sociis humata, et ad aquam reperta sunt, omnia eorum esse, qui sub Mamucha una cum S. Placido agonem primum feliciter confecerunt; reliqua vero minus alte tumulata, et jam memoratis, interjecto aliquo terræ spatio, superposita, eorum esse, qui posterioribus sæculis secundum et tertium certamen fortiter subiere. Nam cum omnis ea regio arena sit, torrentis in mare defluentis illapsu succrescit, ut decursu temporis alii aliis superponi et attumulari potuerint. Quæ omnia corpora eorsum diligentissime asservantur, dum Sedes Apostolica auctoritate ac cultum et venerationem publicam exhibeantur.

sanctorum
Martyrum
corporibus

496 Missus ad hunc finem Romam a senatu Messanensi cum legitimis novæ inventionis et miraculorum documentis ad Paulum V Jacobus Charybdis Societatis Jesu sacerdos: Paulus vero rem sanctorum rituum Congregationis subjecit examini, quæ cum corpora illa sanctorum Martyrum esse, declarasset, et tamquam talia a fidelibus colenda censuisset, ut ex Dominici Pinelli, episcopi Ostiensis, sacri collegii decani et Congregationis sanctorum rituum præfetti, apud Cajeta-

num cape citatum pag. 159 testimonio publico liquet, Paulus V ejusdem Congregationis judicium anno 1611 confirmavit hujusmodi bulla: Paulus Papa quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Regis Martyrum Domini vices Apostolorum Principis Sede, licet immeriti, gerentes, illorum corporibus meritam asserimus ex officii nostri debito venerationem, qui candidato Martyrum exercitui adscripti, præmia cœlestis regni percipere dignoscuntur.

497 Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecerant dilecti filii Communitas et Homines civitatis Messanæ, dum de anno 1608 et successive usque ad annum 1610 inclusive foderent fundamenta ecclesiæ S. Jo. Baptistæ, quam iidem Communitas et Homines pro eorum erga Deum religione in dicta civitate construi curant, multa sanctorum corporum inventa fuerint, et venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales, ritibus et cæremoniis ecclesiasticis præpositi, quibus processum a venerab. Fratre Petro archiepiscopo Messanensi factum, totumque negotium examinandum commisimus, mature et diligenter omnibus in dicto processu contentis consideratis, processum hujusmodi esse legitimum, et juridice confectum, ex eoque legitime constare, illa esse corpora sanctorum Martyrum, nobis retulerint, nos, ut sanctis corporibus hujusmodi, qui coronas decoris meruerunt de manu Dei, debitum cultus honoris ab omnibus Christi fidelibus exhibeatur, et in Sanctis suis exaltetur Altissimus, de eorumdem Fratrum consilio Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus et declaramus, dicta corpora in fossione fundamentorum prædictæ ecclesiæ S. Jo. Baptistæ de anno 1608 usque annum 1610 inclusive inventa, esse corpora sanctorum Martyrum, et pro talibus ab omnibus Christi fidelibus coli et venerari debere, quibuscumque contrariis non obstantibus. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 19 Martii MDCXI, Pontificatus nostri anno sexto.

cultum publicum exhiberi posse, declaravit.

E

§ XIII. S. Placidi et Sociorum Messanæ festa, reliquiæ variis locis dispersæ, Officia in eorum honorem recitari solita.

Institutum a Sixto V anno 1588 sanctorum Martyrum Inventionis festum, Messanenses anno proxime subsequenti illustri admodum ac singulari pompa, variis lætitiæ signis, et supplicatione maxime solemnibus tridui spatio, a secundo mensis Augusti die ducto initio celebrarunt. Rei tunc gestæ seriem Philippus Gothus eques Messanensis, ac unus ex iis, quibus urbis senatus solennitatis rite exsequendæ curam demandarat, singulari, ut diximus, Opusculo explicuit, quem rerum illarum curiosus consulat. Deinceps vero ejusdem Inventionis solennitas inde dies festos civitatis præcipuos, ac solennis die 3 Augusti supplicatio ex decreto senatus anni 1588 quotannis est habita. Ordinem hujus e Bonfilio lib. v Descriptionis urbis Messanæ accipe: Initium pompæ, inquit, puer facit coronatus præalto curro*, cui quatuor equi juncti sunt, impositus, qui strictum acinacem

Præter diem sanctorum Martyrum natalem Messanenses

* curru

cem

A cem, cruentæ mortis indicium, manu tenet. Sequuntur longo ordine pueri nobiles, tunicis sericis induti et capillis peregrinis, coronis, alisque, quales genis adpingi solent, exornati: hastas illi ferunt, quibus affixæ tabulæ miracula ab his Sanctis, post inventa eorum cadavera facta, repræsentant.... Centum fraternitates flagellantium, prælati vexillis et crucibus, cereos accensos manu ferentes, imagines, quibus mors cruenta horum Sanctorum et submersio classis Mamucæ, antequam pharum præternavigasset, adumbrantur, cingunt et deducunt.

diem Inventionis

B 199 Has fratres multarum religiosarum familiarum consequuntur, suos in ordines distincti: quorum ultimi post fratres S. Dominici Græci sunt Ordinis S. Basilii, cum abbatibus suis, Prioribus, et archimandrita, vestibus sacris et sacerdotalibus amictu. Denique sacerdotes templi cathedralis, canonici mitris suis conspicui et archiepiscopus incedunt. Post unum vero abbatem et monachi familiæ S. Benedicti, sacerdotalibus itidem vestibus induti, cernuntur quatuor urnæ quibus ossa Sanctorum continentur, panno aureo pretiosissimo cooperatæ sunt. Prima, quæ corpora trium Fratrum et Sororis complectitur, sub cælo, ut vocant, a senatoribus portato, ducitur, quum trium reliquiarum cæla a monachis tantum Ordinis S. Benedicti sustententur. *Tum vias earumque ornatum, per quas hæc e prioratu S. Joannis educta, eodemque reducta, transit; populi frequentiam, tormentorum explosiones Bonifilii memorat, quæ brevitatis gratia hic omitto. Huc refer, quæ ad diem 3 et 4 Augusti in Martyrologio Siculo Octavius Cajetanus scribit: Messanæ Inventio SS. MM. Placidi abbatis, Eutychie, et Victorini fratrum, Flavie virginis sororis et triginta tres Monachorum. Item: Messanæ translatio SS. MM. Placidi et Sociorum.*

et Translationis quotannis colunt;

C 200 Alterius item eorumdem Sanctorum translationis ad diem 16 Maii mentionem his verbis habet: Messanæ translatio SS. MM. Placidi et Sociorum ex Veteris ecclesiæ in sacellum Novum et aram: idem Bucelinus, Menardus et Ferrarius in Martyrologio Sanctorum, qui in Romano non sunt, fecere; sed Ferrarius in Annotatis hæc addit: Horum inventio et translatio anno Domini 1588 sub Philippo II Hispan. contigit. Quæ quidem vera sunt, si de Inventione illorum intelligantur: verum si de translatione, quæ die 16 Maii contigit, Ferrario illic sermo sit, ea anno 1588 accidisse non potuit; cum non nisi mense Augusto ejusdem anni sanctorum Martyrum reliquiæ detectæ fuerint. Magis suspicor, hanc contigisse sub annum 1617, quo Messanenses S. Placido et Sociis, tutelaribus suis, novum sacellum cum ara in templo S. Joannis Baptiste posuisse, inscriptio docet, quam marmori in sacello chori insculptam Pirrus Prioratus Messanensis notitia 7, lib. III ad hunc modum exscripsit: D. O. M. Philippo III regnante, S. P. Q. M. loci dignitatem venerantes, ubi sacræ SS. Placidi et Sociorum MM. reliquiæ olim asservabantur, sacellum cum ara patrono optimo pie ponendum curaverunt anno 1617.

quibus Paulus V reliquiarum S. Placidi et Sociorum distractionem vetuit:

401 Addit porro eodem loci Pirrus, arcas, quibus Sanctorum Martyrum exuvia inclusæ fuerunt, quæ primo quatuor tantum erant, dein ad 17 excrevisse; in earumque una, vitreis tabulis glutinata, SS. Placidi et Fratrum ejus ac Sororis capita servari; in reliquis vero Sociorum corpora: præterea vero jam olim Bulla Apostolica vetuisse

Paulum V, ne sacræ reliquiæ suis locis extraherentur. Bullam hanc typis anno 1621 Messanæ impressam ac Officio sanctorum Martyrum subnezam habemus, his verbis conceptam: Paulus Papa quintus. Ad futuram rei memoriam. Conservationi, nec non honori Sanctorum et Sanctorum sacrarum reliquiarum, quæ, ut accepimus, in ecclesiis et locis piis civitatis Messanæ honorifice et decenter asservantur, consulere volentes, supplicationibus Ven. Fratris archiepiscopi Messanensis et dilectorum filiorum Communitatis et Hominum dictæ civitatis super hoc nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis, tam ecclesiasticis, quam aliis quibuscumque personis secularibus et regularibus, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis existentibus, ne reliquias prædictas arcis, vasis, vel muro clausas, aut aliquam eorum partem extra ecclesias et loca pia prædicta ullo umquam tempore quovis prætextu extrahere, seu extrahi facere audeant, seu præsumant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ auctoritate Apostolica tenore præsentium interdiciamus, et prohibemus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo piscatoris die 8 Februarii 1611 Pontificatus nostri anno sexto.

AUCTORE J. B.

E 202 Colligi hinc potest, quanto in pretio apud Messanenses Sanctorum Martyrum reliquiæ fuerint; uti et ex eo, quod de Hugone Cardinali, equitum Hierosolymitanorum magistro, Wion ad diem 4 Augusti refert. Institerat anno 1589 apud Sixtum V Hugo Cardinalis, ut reliquiarum SS. Placidi et Sociorum partem in insulam Melitam transferre sibi liceret, eoque rem suam perduxerat, ut jam bulla, cujus verba recitat Wion, condita esset, qua petita facultas Hugoni concedebatur. Sed Messanensem senatum per ministros regios egisse ait, ut bulla revocaretur. Sic nimirum ex litteris Romani Politiani, abbatis Catanensis, ea de re ad se missis Wion intellexerat; quare ignorare se ait, num prædicta bulla effectum sit consecuta. Verum insignem dictarum reliquiarum partem Philippo III regi Catholico, annuente Pontifice Clemente VIII, ante Pauli prohibitionem obtigisse non dubium est: bina enim ea de re testimonia, ex Lipsanologio Ms. regii monasterii S. Laurentii, vulgo Escorial, excerpta habemus, alterum Francisci Velardez, archiepiscopi Messanensis, alterum vero Jacobi Framontana de Messana, qui illas Messanensium nomine ad Philippum in Hispaniam detulit.

quæ partem jam ante Vallisoletum,

F

203 Archiepiscopi testimonium sic sonat: Fidem facio ego Franciscus Velarde de la Concha, Dei et Apostolicæ Sedis gratia archiepiscopus Messanensis, regisque consiliarius, ac suæ Catholicæ majestati attestor, hodie acceptis inscriptis litteris, mihi per dilectos in Christo Don Petrum Borgiam principem Squillacis Stratecotum, necnon Philippum Cicala, Marcellinum Cirino, Don Petrum Saccano, Joannem Pellegrino, Don Mauritium Portio, et Joannem Baptistam de Cælis, hujus nobilis urbis Messanæ juratos, exhibitus, quarum tenor est, ut infra. Pauca hic inserit de suo is, qui utrumque testimonium exscripsit: Sequitur, inquit hic, epistola Italica, in qua significatur, Pontifici Romano placere, ut quædam reliquiæ S. Placidi et Sociorum MM. mittantur ad regem Catholicum. Deinde prædictus Franciscus Velarde sic pergit

ut ex contextis ea de re

ACCITORE
J. B.

pergit, inquit item testimonii scriptor, Pro illarum executione ad eorumdem instantiam personaliter cum infrascriptis canonicis hujus metropolitane ecclesie me contulisse ad ecclesiam S. Joannis Baptistae hujus urbis, prioratus hospitalis ejusdem S. Joannis Hierosolymitani, ubi maxima cum religione conservantur et Apostolica auctoritate venerantur sanctorum martyrum Placidi, Eutichii, Victorini fratrum, ac Flavie sororis, reliquorumque triginta trium Sociorum corpora; et propriis manibus, omni reverentia pontificaliter indutum desumpsisse reliquias infra notatas, illasque in pixide aurea pretiosa, gemmis ornata, debitis ceremoniis a me benedicta, repositas consignasse Don Jacobo de Messana, monacho professo Ordinis S. Benedicti, Priori Montis regalis ejusdem Ordinis ad id specialiter electo et per eosdem juratos deputato ad suam Catholicam majestatem fideliter deferendas in cujus rei fidem presentes propriae manus ac praedictorum canonicorum subscriptione munitas et sigillo archiepiscopali roboratas expediri mandavi. Messanae die 14 Aprilis 1603.

B
instrumentis
ostenditur,

204 Reliquiarum vero enumeratio ita se habet: Quatuor frusta ossium ex tibiis sanctorum Placidi, Eutichii, Victorini fratrum, ac Flavie sororis; unum longitudinis digitorum decem, aliud novem, aliud sex, aliud vero quinque; nec non et aliud ex capite ejusdem S. Placidi ex parte squamosa petrosa aurium, magnitudinis parvae manus, cum eorum schedulis. Aliud frustum ex capite unius ex triginta tribus Sociis S. Placidi ejusdem fere magnitudinis parvae manus cum triginta duobus aliis frustulis ossium ex corporibus et reliquiis ceterorum Martyrum, ejusdem S. Placidi Sociorum et Monachorum. Subscriptiones hujusmodi sunt: Franciscus archiepiscopus Messanensis. Nicolaus Andreas Maurus cantor. Guillius Caesar Minutulus abbas et canonicus. Don Sidenius Portius DD. Apostolicus protonotarius et canonicus. Theodorus Costa U. J. D. canonicus. Franciscus Flaconius canonicus. Don Bernardus de Arce y de la Concha abbas et canonicus. Ego Don Antonius Stirzia canonicus Messanensis ecclesiae et magistrus notarius magnae curiae archiepiscopalis ejusdem praedictis omnibus interfui, et de mandato dominationis suae reverendissimae publicum instrumentum in Actis ejusdem curiae confeci. Ego Franciscus Marna publicus regius et Apostolicus notarius praedictis interfui.

C
missa fuerant,

* meorum

205 Testimonium alterum his verbis concipitur: Ego Don Jacobus Framontana de Messana, Prior monasterii S. Mariae de Monte regali regni Siciliae, Congregationis Casinensis Ordinis S. Benedicti, specialiter electus et deputatus a juratis nobilis civitatis Messanae cum consensu et benedictione sanctissimi domini nostri Clementis Papae octavi et superiorum suorum * ad deferendum in Hispaniam fideliter, et presentandum nomine praedictae urbis regiae Catholicae Majestati Philippi III invictissimi domini nostri venerandum et pretiosum reliquiarum, continens sacro sanctas reliquias gloriosorum Christi martyrum Placidi et Sociorum, fidem facio et testor ipsamet numero sacras reliquias, secundum qualitatem, numerum et quantitatem in pixide aurea gemmis ornata, et benedicta repositas, et mihi consignatas ab illustrissimo et reverendissimo D. Francisco Velarde de la Concha, archiepiscopo Messanensi, me praesentasse et fideliter obtulisse nomine praedictae urbis Messanae eidem

regiae magestati apud urbem Vallisoletanam in superiori oratorio regii palatii die 23 mensis Novembris 1604. In cujus rei fidem et memoriam has testimoniales litteras fieri feci, manu propria subscripsi praedicto loco et tempore. Reliquiae vero sunt hae: eadem nimirum, quae supra. Ego F. Don Jacobus a Messana Prior monasterii Montis regalis. Porro tradi dictas reliquias Philippus jussit monasterio S. Laurentii et, habita supplicatione, quam ipse rex comitari voluit, in altari S. Mariae Virginis anno 1606 die 5 Octobris ceteras inter reliquias collocari, ut docet Notitia Hispanica transcriptis modo testimonii subnexa.

206 Hisce nonnulla alia, quae de sanctorum Martyrum reliquiis sparsim annotata inveni, adjungo. Wion Ligni vitae lib. 3 ad diem primum Maii ita habet: In sancto Benedicto de Padolirone (Ordinis S. Benedicti monasterio est in agro Mantuano, vulgo Polirone seu del Po dictum) hac die anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono (ab inventionione reliquiarum proximo) facta fuit processio sollemnis tempore comitiorum generalium, ducentorum fere monachorum; pro receptione reliquiarum S. Placidi prothomartyris Ordinis monastici, et nonnullorum Sociorum ejus. Quibus in Annotatis Wion haec subjicit: Haec (processio) cui me interfuisse pro magno munere reputo, facta est cum maxima cum monachorum tum populi, qui tunc aderat, devotione, sic jubente R. P. D. Seraphino Fontana Mediolanensi, comitiorum illius temporis praeside, aliisque RR. PP. definitioribus. Reposita vero sunt praedictae sancti Placidi et Sociorum reliquiae primum in quadam capsula eburnea, in qua erant et aliorum Sanctorum reliquiae, datae ab ill. et rever. Raimundo S. R. E. Card.; nimirum anno 1500, die 27 Octobris, ut in donationis Exemplari, quod Wion subjicit, videre est.

ut in agrum
Mantuanum:

207 Domui professa Societatis Jesu Messanensi mentum inferius capitis S. Flavie cum decem dentibus, quos incisivos dicunt, cecisse, Cajetanus habet in Animadversionibus in inventionem S. Placidi et Sociorum pag. 156, praeter linguam ejusdem, de qua num. 181 mentionem fecimus. Bonfilius in descriptione Messanae sub initium lib. iv dentes tantum binos S. Flavie domui Professa Messanensi attribuit, sed adjicit nonnullas alias SS. Placidi, Eutichii, Victorini et Sociorum martyrum reliquias. Eodem loci, partem capitis S. Flavie Patribus Dominicis Messanensibus obtigisse, affirmat. Item lib. 1 inter reliquias monasterii Novi S. Placidi, de quo egimus supra num. 169, quasdam ejusdem sancti Martyris et Sociorum ejus numeravit. Ferraria quoque partem capitis S. Placidi, uti et sororis Flavie argento inclusam servari, scribit Marcus Antonius Guarini in Compendio historico de ecclesiis locisque piis civitatis et diocesis Ferrariensis lib. II, pag. 64, ubi de ecclesia S. Benedicti. Prae manibus praeterea habeo Catalogum Sanctorum, quorum Officium in domo Professa Societatis Jesu Romana celebratur, anno 1729 Romae impressum; in quo ad diem 5 Octobris haec lego: SS. Placidi et Soc. MM. Rel. insignes in sacrario. De Comm. plur. Mart. praeter prop.

his loca va-
ria, seu ante:
seu post Pauli

208 Papebrochius noster anno 1661, ut legitur in Ms. ejus cum Henschenio Itinere Romano Casini vidit in sacrario S. Flavie reliquias, S. Placidi costam, et duo brachia Sociorum Martyrum. Bailletus in Vita S. Placidi, hujus brachium, ut creditur, Parisiis in abbatia S. Germani Pratensis asservari

prohibitionem
eorum reli-
quias

A *asservari monet. Michael Monachus in Sanctuario Capuano pag. 544 in hac Kalendarii Capuani verba: in Non. (Octobris) Placidi et Sociorum ejus, sic annotat: Nostra ætate sancti Placidi insignis reliquia e Sicilia Capuani adducta fuit, et reposita in ecclesia S. Eligii, opera et industria patris Marci de Angelis, clerici regularis et Capuani civis. Raissius pag. 160 in Hieroglyphiaco Belgico inter reliquias collegii nostri Anglorum Audomaropolitani recenset os parvum S. Placidi et Sociorum martyrum. Casar Caraciotius in Opere Italico de Neapoli Sacra parte II, pag. 307 inter reliquias ecclesiæ S. Mariæ in Porticu reliquias etiam S. Placidi numerat, nimirum, ut addit in Indice, frustum ex capite. Inter cimelia domus nostræ Professæ Antverpiensis numerat pars ossis unius e S. Placidi Sociis, quod una cum digito S. Eleutherii Pater Scribani anno 1612 a P. Augustino Vivaldo, Genuensi rectore, dono accepit.*

dicata,

209 *Ita hic in suis ea de re litteris, sigillo Societatis nostræ munitis, et propria ejus manu subscriptis: Augustinus Vivaldo, rector collegii Genuensis Societatis Jesu. Omnibus, in quorum manus hæc litteræ venerint, salutem in Domino sempiternam. Cum admodum reverendo Patri Carolo Scribanis, rectori collegii Antverpiensis ejusdem Societatis, unum ex articulis unius digiti S. Eleutherii episcopi et martyris, filii S. Anthiæ martyris, quem ipsemet Reate ex ecclesia S. Joannis, ubi ejus, matrisque sacra corpora honorifice reservantur, extraxi anno millesimo sexcentesimo cum facultate reverendissimi domini Horatii Gentilis, in ea civitate tum vicarii Apostolici existentis, donaverim, ac præterea partem ossis unius e Sociis S. Placidi martyris, quorum corpora, Messanæ divinitus inventa, sanctissimus dominus noster Paulus V declaravit, vere esse ipsorum corpora; ne hujusmodi sacræ reliquiæ debito honore frustrarentur, de præmissis omnibus, his litteris, manu mea subscriptis, ac sigillo Societatis nostræ munitis, fidem facere volui. Datum Romæ die vigesima tertia mensis Januarii, anno a Nativitate Domini millesimo sexcentesimo duodecimo. Augustinus Vivaldo.*

adjiciuntur.

C 210 *Ad hæc apud Franciscum de Magistris lib. I Status ecclesiæ Neapolitanæ pag. 274 inter reliquias templi SS. Gregorii et Severi hæc notata reperio: De capite S. Placidi abb. et M. Francisci Opus additionibus suis auxit Josephus de Magistris, ad quarum calcem de reliquiis, in templo Cartusianorum servatis, lego: S. Placidi martyris cum ampulla ipsius Sancti. Cajetæ quoque in monasterio S. Angeli SS. Placidi et Sociorum monachorum reliquias servari, ait in Descriptione Cajetæ Petrus Rosettus pag. 23. Ex iisdem Bresciæ, Monte Regali, Aquilæ, Iserniæ et alibi per Italiam reperiri, docent me Collectiones nostræ Mss. de Sanctorum reliquiis per Italiam sparsis: si tamen ubique de S. Placido, Benedictino martyre, agatur; nam et Martinus in Bononia illustrata ad diem 11 Octobris ait, S. Placidi corpus apud Sanctimoniales SS. Vitalis et Agricolæ reperiri, Roma illuc, annuente Gregorio XV, allatum; quem a Placido Benedictino diversum esse, relata mox adjuncta abunde declarant. Nec dubito, quin variis aliis etiam locis eorumdem Martyrum reliquiæ reperiantur, ac debito ipsis honore conserventur. His pauca addo de Officiis, in eorum honorem recitari solitis.*

211 *Casini quidem S. Placidi cultum sæculo XI viguisse, ostendit loci antiquum Martyrologium, num. 28 laudatum: quæ autem illi interpolatio, de qua ibidem mentionem feci, adjecta est, argumento est, sancti Martyris festum cum Octava dein celebratum a Casinensibus monachis fuisse. Similiter et Sublaci celebratur Missa, et officio proprio semiduplici ritu, quod anno 1709 Præneste iterato impressum, et ab anno 1696 a sacra rituum Congregatione recognitum et approbatum habemus. Missa propria eadem est, quæ in Missali Romano ad diem 5 Octobris. Officium secundi Nocturni lectiones proprias habet: hæc autem S. Placidi vitæ compendium exhibent ex Actis fere petatum; sed illius martyrium anno 539 affigit Lectio sexta. Lectio septima ex Evangelio Matthæi: In illo tempore sedente Jesu super montem Oliveti etc., quod excipit S. Hilarii episcopi Homilia; Discipuli Dominum interrogant. De Communi Martyrum dicuntur cetera. Idem Officium jam ante a Paulo V pro Benedictinis approbatum, insertum est Breviario monastico, Venetiis anno 1623 excuso. Breviarium Benedictinorum Lusitanicæ, anno 1607 Cominbricæ excusum, Lect. 8 S. Placidi martyrium anno 540 memorat contigisse.*

AUCTORE

J. B.

Officia quædam sanctis Martyribus

213 *Messanæ vero duplex Officium habet propria, alterum die 5 Octobris seu die natali, tota diœcesi Messanensi cum Octava recitandum. Alterum die IV Augusti, seu Inventionis; uti et Missam utroque die partim propriam. Missa, utroque die eadem, sic habet: Introitus: Salus autem justorum etc. Oratio: Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum Placidi et Sociorum ejus Natalitia (vel Inventionem) colere etc. Epistola ex libro Sapientiæ cap. 3: Justi autem in perpetuum vivent etc. Graduale: Clamaverunt justi etc. Evangelium ex Joanne: In illo tempore dixit Jesus discipulis suis, Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti etc. Offertorium: Justorum animæ etc. Postcommunio: Quod dico vobis etc. Officii, sanctorum Martyrum die natali seu 5 Octobris recitandi, Lectiones secundi Nocturni contractam pariter ex Actis S. Placidi Vitam complectuntur; quarum loco reliquis Octavæ diebus aliæ Lectiones ex Ambrosio, Augustino et Cypriano recitandæ proponuntur. Die porro 4 Augusti, quo Inventionis memoria celebratur, Lectiones primi Nocturni desumuntur ex libro II Machabæorum cap. I. Cum in Persidem ducerentur Patres nostri etc. Secundi vero inventionis historiam, qualem fere supra n. 171 et seqq. exhibui, continent. Utrumque denique Officium approbavit, ac recitari concessit Paulus V anno 1611, die 26 Februarii, quæ quidem omnia ex utroque Officio, Messanæ eodem anno Petri Brex typis edito, excerpti.*

213 *Accipe et Hymnos aliquot, olim in Officio S. Placidi et Sociorum recitari solitos, quos e Breviario S. Zenonis Veronæ membranaceo, antiquo quidem, ut apparet, ignotæ mihi tamen ætatis, Wion descripsit, ac Annotatis suis in diem 5 Octobris inseruit.*

Hymnique

HYMNUS AD VESPERAS.
 Plaude, turba monachorum,
 De triumpho Sociorum,
 Quos coronat Rex cælorum,
 Inter choras angelorum.
 Laude satis non tacere,
 Cernens tuos prævalere,
 Et in mensa consedere
 Cum cæteris tyronibus.

Qui

AUCTORE
J. B.

Qui pro Christo cruentati,
Et de pugna laureati,
Velut reges purpurati,
Et in thronis collocati.
Magnos habes Advocatos,
Super cœlos exaltatos,
Summo Regi semper gratos,
Ad rogandum preparados.
Quorum meritis salvari
Poscimus et illustrari,
Super nivem dealbari,
Et in cœlis collocari.

in eorum ho-
norem

214

HYMNUS AD NOCTURNOS.
Orantes Christi Martyres
Gesta miranda canimus,
Quorum tormenta corporum
Dira fuisse cernimus.
Genis quoque rubentibus,
Vestro cruore roseo
Fulgentibus, candentibus
Omni decore niveo.
Hos roseis et fulgidis
Florum coronis aureis,
Cum Agno melos canitis,
Super montes aromatum.

B

Nos quoque tibi psallimus,
Ignosce delinquentibus,
Hostis contractis viribus,
Nosque redde cœlestibus.
Deo deorum omnium,
Salus, honor et gloria,
Qui tuis per martyrium
Donas immensa prœmia. Amen.

recitari soli-
ta.

215

HYMNUS AD LAUDES.
Iusti per orbem canitur
Sacrum schema certaminis,
Monachorum extollitur
Præcelsi decus Ordinis.
Quorum de arce prodeunt,
Triginta quinque milites *;
Qui cum triumpho redeunt,
Poli scandentes limites.

* imo 52

C

Nostri sunt decus Ordinis,
Nostri sunt duces agminis;
Nobisque fœda criminis,
Dimitte, Rex certaminis.
Dona superna scandere,
Sacrosque hymnos promere,
Ad laudes horum Martyrum,
Infunde jubar luminum.
Summi Patris fastigio,
Laudis melos dulcissimum,
Qui nobis per martyrium
Largitur omne prœmium. Amen.

Acta que et
cur edantur.

216

*Sequuntur Acta, a Mabillonio Sæculo 1
Benedictino edita, et Gordiano falso adscripta,
quod illa passim scriptores censuris suis perstrin-
gunt: subduntur vero et illa, que sub Stephani
Aniciensis nomine in lucem ab Octavio Cajetano
fuerunt emissa, tum ut hæc cum illis conferre com-
modius lector possit, ac dispicere, quam frequentes
in illis interpolationes occurrant; tum quod hæc
illis minus saltem vitiosa.*

D

ACTA

SS. PLACIDI ET FRATRUM

ejus Eutichii, Victorini, ac
Flaviæ sororis, nec non
Donati, Firmati diaconi,
ac Fausti, et aliorum tri-
ginta Monachorum Mar-
tyrum.

Auctore Pseudo-Gordiano.

*Ex Actis Sanctorum Bene-
dictinorum t. I a p. 45.*

E

PROLOGUS.

In claro et renitenti triumpho beatissimorum
Placidi, Eutichii et Victorini fratrum, eorum-
que sororis Flaviæ virginis, et Sociorumque tri-
ginta ac trium a laudes aliquas addere otiosum
quiddam et supervacaneum est. Quos enim
Christus in cœlesti regno locavit, quos etiam
cum angelis et archangelis individua Majesta-
tem laudare constituit, hos nimirum hominum
laudibus non egere, monstravit. Verum quia
omnes spiritus et omnes creaturas ad Domini
laudem Psalmographus vates invitat, operæ
pretium reor ego Gordianus, patris Benedicti
discipulus, ad Regis æterni gloriam, eorum-
dem Martyrum passiones almificas Argolicis
apicibus annotare b. Tanta enim miraculorum
prærogativa, tanto virtutum jubare sanctissi-
mus Placidus, horum Martyrum dux et præ-
vius, splenduit, ut non solum fideles, verum
etiam infideles in Christi laudem exclamare
cogantur. Et merito; nam juxta magistri sui
Benedicti præceptum, Christum toto corde,
tota anima, tota virtute dilexit, et pro ejus
nomine cum supradictis Martyribus suum san-
guinem fudit. Hi namque sunt cœli, qui enar-
rant gloriam Dei. Hi lux mundi, qui sedentes
in tenebris ad veram lucem reducunt. Hi sal-
terræ, qui mentes, ne lædii torpore deficiant,
saliant, et ad cœleste regnum inducunt. Freti
namque Dei omnipotentis virtute, ejusque sa-
pientia debriati, frementem mundum, velut
stercora, contempserunt, et veram fidem op-
portune prædicaverunt, et pro eadem animam
posuerunt.

Gordianus
Acta S. Pla-
cidi ad Dei,

a

b

cujus in Mar-
tyribus ma-
gnitudo elu-
cet, gloriam

c

2 Hanc namque Dei magnitudinem, virtutem
et sapientiam David admirans, dicebat: « Magnus
» Dominus Deus noster, et magna virtus ejus, et
» sapientiæ ejus non est numerus e. » Magnus
siquidem, cum nos inenarrabiliter ex luti mate-
ria condidit, et ex nihilo cuncta creavit. Magna
virtus ejus, cum tartareas legiones dirupit, mundi
principem vinxit, vasa et arma ejus abstulit,
regnum destruxit, humanum genus suo pretioso
sanguine redemit, pacis coagulum inter Deum
et

D et hominem reformavit, terrenis cœlestia sociavit, ac filios hominum de terra elevans, in cœlesti regno supernarum Virtutum ordinibus junxit. Intonet ergo jam sancta et universalis Ecclesia, et cum eodem celeberrimo sublimique citharista cœlestis harmoniæ tympanum sumens, devota promat cantica, dicens: «Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus,» et sapientiæ ejus non est numerus. » Magnus utique ipse, magna virtus ejus, et sapientia, qui ab ipso fere mundi principio parvulos, senes, insipientes, sapientes, armentarios, ruricolos, piscatores et Monachos æterni regni oratores et milites contra diabolum fecit. At quam rem nobis idonee confirmandam, adest cum Sociis et sorore Flavia virgine, ac duobus fratribus Eutychio et Victorino. Placidus sanctissimus et beatissimus, Patris Benedicti discipulus, qui terrenis cœlestia commercia mutans, patriarchis, prophetis, Apostolis, martyribus ac confessoribus similis apparuit, et in carne adhuc lutea positus, labentes delicias ut quisquillas sprevit, et Crucis mortificationem jugiter in suo corpore pro Christi nominis amore portavit.

Justiniani imp. jussu scribere aggreitur.

B

3 In hujus itaque Martyris passione explicanda, cujus ad jussu agere orsus sum, promam. Divus enim Justinianus triumphator, invictus Æneades d, dum agnovisset, qualiter jam dictus martyr Domini Placidus triumphalem lauream suscepisset, illico nostram exguitatem advocans, præcepit, ut passionem illius atque miracula, prout oculis ipse prospexeram, exerens, sanctæ Ecclesiæ filiis ad legendum morigeraret e. Cujus sacratissimo imperio parens ad tanti Martyris passionem describendam animum dedi, sciens indubie, quia omnia, quæ fuerunt et sunt, et Dei voluntate et permissione consistunt et permanent. In hoc tamen Opere studiosi lectores non panegyricum requirant, sed veritatem. Alii sua scripta phaleris ornent, promentes, quod turpe videtur et tenebrosum; nos, omnia purpura obumbrationis, nudum ostentabimus, quod in se honestum sit ac luculentum. Non est autem ecclesiasticorum virorum, molles et delicatas orationes appetere, quæ mentes hominum ad prava et noxia quæque illiciant, ut faciunt comicorum et tragœdorum; sed, quæ ad puritatem, castitatem, integritatemque mentes audientium ædificent, et ad vitam æternam perducant. Quod autem Deo dilectissimi Placidi et Sociorum ejus passionem rusticano describimus calamo, non ideo spiritalis homo, qui dijudicat omnia, ut animalis, qui nescit, quæ sunt spiritus, surda aure prætereat, cum sola, quæ sunt spiritus, sapiat. Superni itaque Regis munimine fultus, tantorum Martyrum passionem scribere aggrediar.

e

ANNOTATA.

a Præter Placidum, Eutychium, Victorinum, Flaviam et Monachos triginta anonos nominatim exprimunt Acta num. 59 et seq. Donatum, Faustum et Firmatum: omnes igitur simul 37 fuere.

b Commentum est, ad conciliandam his Actis, longe serius natis, auctoritatem frustra excogitatum. Errores multi, aliaque, quæ Gordiani fuisse non possunt, in illorum decursu observantur.

c Psalm. 446, v. 5. Sed, ut paulo infra.

d Octobris Tomus III.

d Hujusmodi honoris titulum Justinianus nunquam sibi adscivit; nec ab Ænea originem suam duxit. Vide num. 41 Comment. prævii.

ACTOR E
PSEUDO-
GORDIANO.

e Nituntur hæc ipsis Justiniani et Gordiani litteris, sed plane fictitiis; de quibus consule num. 41 jam citatum et seq.

CAPUT I.

S. Placidi genus et vitæ monasticæ exordia.

Tempore, quo Theodoricus Augustus in S. Placidum, Seniori Roma a, in Nova vero Justinus Senior et Justinianus b Romani imperii scepra retinebant, Sedis vero Apostolicæ Johannes primus et Felix c præsidebant, Tertullus vir nobilissimus ac præclarissimus, et in utraque curia Romani imperii post Augustos nulli secundus, homo illustrissimus ac dilectissimus, in Seniori Roma Patriciatus d retinebat habenas. Qui ex Aniciorum sanguine stemmatis lineam ducens, adeoque sapientia, fortitudine atque prudentia viguit, ut ab imperatoribus omnique Romano populo Pater patriæ vocaretur. Hic de Octaviæ gentis familia ducens uxorem, corpore ac moribus speciosissimam, bonæ arboris bonos fructus ex ea suscepit. Primum namque Placidum, secundum Eutychem, tertium Victorinum, quarto autem loco dum puellam enixa fuisset, pro eo quod ex Octavio et Flavio stirpe descendebat, Flaviam nominaverunt e. Hos cum dicto patricio peperisset, viam Domini illos colere docuit, sectari patientiam, humilitatem, sobrietatem, castitatem et caritatem. Patres siquidem erant pauperum, judices viduarum; causam autem, quam nesciebant, diligentissime investigabant. Ipsius autem patricii animus, licet imperialibus negociis implicatus esset, semper tamen aut circa ecclesias, aut circa monasteria erat, semper ea, quæ Dei sunt, quærens. Eodem tempore beatissimus ac Deo dilectissimus Benedictus, velut Lucifer inter astra, apud Sublacum radiabat f. Cœperunt deinde in eodem loco ad eum multi confluere, et sub leni Redemptoris jugo cordis cervices edomare, multique ab eodem Patre in eadem regione ad omnipotentis Dei sunt servitium coadunati; ita ut illic duodecim monasteria construeret, in quibus sub statutis Præpositis duodenos monachos deputavit: nonnullos vero secum retinuit, quos adhuc in sua præsentia aptius erudiri judicabat.

S. Placidum,
Anicia gente
natum,

a
b
c
E
d

f

F

5 Fama itaque tanti patris per totum Romanum imperium volitante, urbem ipsam Romam, quæ Romani imperii omniumque urbium caput est, ceu sol radians, replevit in tantum, ut Tertulli patricii perveniret ad aures. Qui cum * optimatibus Romani imperii temporibus Julii Papæ g, divinæ autem Incarnationis anno xxii ac quingentesimo, ad patrem sanctissimum Benedictum pervenisset, vir excellentissimus, et imperatoris in orbe Romano præcelsus ac singularis, purpura indutus, gemmis et auro radians, pedibus ejus provolvitur, utque pro suis commissis Domini flagitaret clementiam, cum lacrymis atque singultibus exposcebat. Vir autem Domini Benedictus; patricii humilitatem

S. Benedictus,
septennem sibi
a patre traditum,

* supple: cum
g

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

tem advertens, e terra cum levavit, et de his, quae ad aeternam vitam attinent, sufficienter instruxit. Idem vero patricius servi Domini doctrina delectatus, eo die obtulit Deo et eidem patri Benedicto Placidum filium suum septennem *h*, nutriendum et erudiendum secundum regularem normam institutionis *i*: sicque benedictione munitus, ad Urbem reversus est.

submersio-
periculo

6 Placidus autem sanctissimus cum sub beatissimi Benedicti regulari magisterio cresceret, sanctam et Deo placitam vitam in omnibus ducere cepit. Quem vir Dei cernens ad alta succrescere, ac sicut proprium filium illum unice diligens, de his, quae Dei sunt, sollicite instruere cepit, ac contra tentantia praemunire vitia, qui ab ipso pueritiae suae tempore abstinentiam ac vigiliis est secutus *k*. Cursu namque praepete coelestem tendens ad patriam, ardua et sanctiora appetere non desinebat, noctibus atque diebus, horis ac momentis, quae Dei sunt, quarere non cessabat. Obedientiae vero ita sibi callem vindicavit, ut pro hoc ipsi sanctissimo Benedicto admirabilis haberetur. Quadam vero die, dum aqua in cella deesset, ad hauriendam aquam de lacu Placidus est beatus egressus: qui dum vas, quod tenebat, incaute in aquam misisset, ipse quoque cadendo secutus est, quem continuo unda rapuit, et pene in unius sagittae cursu a terra introrsus traxit. O inenarrabilis clementia Salvatoris! O, inquam, indeficiens super ejus electos usque in finem mundi divina custodia! Ille namque fuit cum Placido in aqua, ne necaretur, qui fuerat cum Petro in mari, ne mergeretur. Hoc ille egregius Psaltes praefiguraverat, cum dicebat: « In mari » via tuae, et semitae tuae in aquis multis *l*. » Sed qui praevalet contra Dei potentiam antiqui hostis versutia? Mox enim, ut sanctus in aquam Placidus cecidit, eventum rei Spiritus sanctus, qui in Sanctorum cordibus principaliter obtinet locum, Benedicto patri sanctissimo revelavit. Qui e vestigio beatum Maurum sub magna celebritate vocavit, dicens: Frater Maure, curre velociter, quia puer Placidus, qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit, eumque jam longius unda trahit.

per Maurum
discipulum
eripit,

7 Res mira, et post Petrum Apostolum omnibus retro saeculis inaudita! Benedictione enim postulata atque percepta, ad patris imperium concite Maurus perrexit, atque ad eum locum, quo sanctus Placidus ab unda trahebatur, et per terram se ire existimans, super aquas cucurrit *m*, Placidumque beatum per capillos tenuit, rapidoque cursu rediit. Qui mox ut terram tetigit, ad se Maurus reversus, post terga respexit, et quia super aquas cucurrisset, cognovit, et quod praesumere non potuit, ut fieret, miratus expavit factum; reversusque ad patrem, rem in se gestam maturius per ordinem pandit. Vir autem Domini Benedictus, hoc non suis meritis, sed Mauri cepit deputare obedientiam; contra Maurus pro solo ejus imperio factum dicebat, seque conscium in illa virtute non esse, quam nesciens fecisset. Sed in hac humilitatis mutuae amica contentione, accessit arbiter Placidus, qui ereptus est, puer. Nam dicebat: Ego, cum ex aqua traheret, super caput meum abbatiss melotem * videbam, ipsumque me ex aquis educere considerabam. Hic plane respiciendum est, qualis sub patris Benedicti doctrina Placidus fuerit, cui omnipotens Deus illud donavit cer-

* vestis gentis
e pilis vel pel-
libus facta

tere, quod beato Mauro non est permittum D
conspicere. Dic, dic nunc, coluber venose *, * venenate
quid profuit * tibi savitia? Ubi est nunc victo- * profuit
ria tua? Ecce terebra Christi perforatum est
guttur tuum: ereptus est ab aquis Placidus
sanctus, super cujus casu non mediocriter gau-
debas. O beatissimi viri admiranda sanctitas!
qui, quod suis effici non dubitabat meritis, disci-
puli potius adscribendum censebat obedientiae.

8 Ex his autem monasteriis, quae in eodem loco Benedictus pater extruxerat, tria sursum in rupibus montis erant, et valde erat fratribus laboriosum semper ad lacum descendere, ut aquam haurire debuissent, maxime quia ex devexo montis latere erat grave descendendum in itinere periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasteriis, ad beatissimum patrem Benedictum venerunt, dicentes: Laboriosum nobis valde, o pater, propter aquam quotidie usque ad lacum descendere; et idcirco necesse est, ex eodem loco monasteria mutari. Quos venerabilis pater blande consolatus, ad sua loca eos discedere jussit. Nocte vero insecta, una cum beatissimo Placido, discipulo suo, montis ascendit verticem, orationemque ibidem faciens, tres petras in eodem loco pro signo posuit, atque ad suum una cum Placido, cupetis illis nescientibus, monasterium rediit. Cumque die alio pro necessitate aquae praedicti fratres venissent, dixit: Ite ad rupem illam, in qua tres super invicem petras positae invenietis, ibi modicum cavate: valet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, ut vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes, rupem jam sudantem invenerunt. Cumque in ea concavum locum fecissent, statim aqua repletus est, quae tam sufficienter emanavit, ut nunc usque ubertim defluat, atque ab illo montis cacumine usque ad inferiora derivetur. Nemo ergo dubitet, beatissimum Placidum tanti miraculi participem existisse, quem beatus magister solum hujus signi voluit habere conscium *n*.

et, tum Sub-
laci commo-
rans,

E

9 Cumque omnia loca eadem in amore Domini nostri Jesu Christi longe lateque fervescerent, et secularem vitam multi relinquerent, quidam presbyter, Florentius nomine *o*, antiqui hostis veneno debriatus, sancti patris studiis cepit emulari, quosque etiam posset, ab ejus visitatione compescere. Cumque jam se conspiceret ejus profectibus obviare non posse, panem veneno infectum ei quasi pro benedictione *p* transmisit. Quem vir Domini cum gratiarum actione suscepit, sed eum, quid pestis lateret in pane, non latuit. Ad horam vero reflectionis illius ex vicina silva corvus venire consueverat, et panem, quem presbyter transmiserat, vir Dei ante corvum projecit, eique praecipit, dicens: In nomine Jesu Christi tolle hunc panem, et tali eum in loco projice, ubi a nullo homine possit inveniri. Tunc corvus, aperto ore, expansis alis, circa eundem panem cepit discurrere et crocitare, ac si aperte diceret, et obedire se velle, et tamen jussa implere non posse. Cui vir Dei iterum atque iterum praecipiebat, dicens: Leva, leva securus, atque eum ibi projice, ubi inveniri non possit. Quem diu demoratus, quandoque corvus momordit, levavit et recessit. Post trium vero horarum spatium, abjecto pane, rediit et de manu hominis Dei annonam, quam consueverat, accepit. Venerabilis autem pater contra vitam suam inardescere sacerdoti-
tis

tum hinc, ob
Florentii

o

F

p

A tis animum videns, illi magis, quam sibi do-
luit.

10 Sed prædictus Florentius, quia magistri
corpus necare non potuit, se ad extinguendas
Discipulorum animas accendit, ita ut in horto
cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos
nudas septem puellas mitteret, quæ coram eis
sibi invicem manus tenentes, et diutius luden-
tes, illorum mentes ad perversitatem libidinis
inflammarent. Quod sanctus vir de cella con-
spiciens, lapsusque tenerioribus discipulis (Pla-
cido et Mauro) pertimescens, eos custodiri præ-
cepit, dareque invidiæ locum disposuit. Hæc
dum sollicita secum mente tractaret, revelatio
cælestis tali illum adhortari esse dignata oraculo:
Ut quid, dulcissime ac dilectissime Benedicte,
tristaris? Numquidnam non remiseris illud,
quod ego discipulis meis locutus sum, dicens:

q « Si me persecuti sunt, et vos persequantur q. »
Tibi enim alia est eligenda via, aliud iter qua-
rendum. Te namque elegi ex omnibus incolen-
tibus orbem. Tu Evangelii mei tuba cælestis
existens, spiritu es meo repletus. Surge jam, et
vade ad castrum Cassinum, et populum ejusdem
provinciæ, qui adhuc idolorum nefandis culti-
bus servit, et in quorum præcordiis satanæ ver-
susia regnat, qui nihil sciunt aut dicunt, nisi
quod in cordibus eorum veterinos serpentis ver-
susia scripsit, sermone verifico prædicans,
meum ad cultum convertere stude; quia tecum
ego ero, et non te deseram, et confundam omnes
adversarios tuos. Proficiscere idolorum ad pu-
gnam, confortare et esto rebustus, quia castrum
tibi tradam, et illic sedes nominis tui in perpetuum
erit.

B 11 Talia dum sanctus pater Benedictus au-
disset, suos ad se discipulos evocans, sic eis
orsus est ara: Audite me, fratres et filii, cohe-
redes et socii in promisso Regis æterni. Nam
mihi Dominus meus Jesus Christus præcepit, ut
ad culturam idolorum exterminandam æternæ
que oblivioni tradendam castrum petam Cassi-
num; ideoque voluntas Dei nostris voluntatibus
modis omnibus anteponenda est. Nostis præterea
et bene nostis, quantos dolos, quantasque insi-
dias Florentius presbyter intulit, qui me veneno
interficere, et discipulorum meorum Placidi et
Mauri animas extinguere voluit. Quapropter
cedendum loco est, juxta illud æterni Regis
eloquium: « Si vos persecuti fuerint in una ci-
vitate, fugite in aliam r. » Et quia ita est,
jussioque ejusdem Domini nostri Jesu Christi
imminet, parere debemus, eundem est. Super
hoc autem et illa nobis lex est, ut viscera pie-
tatis omnibus aperiamus, et fraterno caritatis
amore omnibus mortalibus juvamen confere-
mus, sicut et nos accepimus a Domino Jesu
Christo. Vos autem state, et permanete in gra-
tia et conversatione sanctæ religionis, procul
dubio scientes, quia, quanto studiosius in spiri-
tualibus disciplinis permanseritis, tanto majora
præmia in futuro examinis die percipietis. Hæc
cum dixisset, anno Dominicæ Incarnationis quin-
gentesimo vigesimo nono; temporibus Justini t
monocratoris u, oratoria cuncta, quæ construxe-
rat, adjunctis in unoquoque duodenis fratribus,
sub statutis Præpositis ordinavit, et duobus
Angelis, tribus corvis se comitantibus, ad Cas-
sinum castrum pergere cepit x.

C 12 Cumque juxta civitatem Alaternam y de-
venisset, in monasterio sancti martyris Christi
Sebastiani z hospitio susceptus est. Inde quoque

vir Dei recedens, et sancto Servando aa diacono
valefaciens, cum discipulis suis Placido atque
Mauro bb juxta civitatem Herculaneam cc deve-
nit, in locum scilicet, qui Aureola ab incolis ap-
pellabatur; in quo dum pervenisset, agnovit per
Spiritus Sanctum Congregationem religiosorum
virorum ibidem esse futuram, fundamentaque
ipse pro ecclesia construenda manibus suis faci-
ens præcepit discipulis suis Placido atque
Mauro, quatenus eandem ecclesiam in honore
sancti martyris Christi Erasmi dd a se fundatam
ad finem perducerent, sicque Cassinum veni-
rent, quod et fecerunt. Ipse autem pater sanctis-
simus inde procedens, Cassinum tendebat. Sed
cum per ignota loca solus viator incederet, ubi-
cumque bivium vel trivium occurrebat, duo, ut
ante diximus, in figura juvenum aderant An-
geli, qui tanto patri per montium deserta, quo
gressum dirigere deberet, indicabant. In eodem
vero loco sanctus quidam vir, nomine Martinus
ee, tunc habitaculum habebat, cui divinitus ita
dictum est:

ff His tu parce locis, alter amicus adest ff.
Ille autem continuo divinis jussionibus aurem
accommodans, montem Marsicum gg petiit,
ibique vitam virtutibus gloriosam sancto fine
conclusit.

E 13 Cumque ad Cassinum castrum hh Benedi-
ctus pater pervenisset ii, per quadraginta dies
non longe a templo Apollinis Deum omnipoten-
tem orans permansit. Demum vero contrivit
idolum, subvertit aras, succidit lucos, atque cum
discipulis suis Placido et Mauro Cassinense fun-
davit monasterium; illudque in sua corporali
reque Reguleque descriptione, caput omnium
monasteriorum constituit. Ubi autem templum
Apollinis erat, ecclesiam beati Martini: ubi vero
ara Apollinis fuit, Oraculum * sancti Johannis
construxit, et circumquaque manentes populos
ad Christi fidem convertit. Sed hæc antiquus
hostis tacite non ferens, non occulte, vel per
somnia, sed aperta visione ejusdem patris se
oculis ingerebat, ita ut etiam voces illius Placi-
dus et Maurus audirent, quamvis imaginem mi-
nime cernerent. Ut enim discipulis suis Placido
et Mauro idem pater dicebat, corporalibus ejus
oculis diabolus teterrimus et succensus appare-
bat, qui in eam ore oculisque flammantibus sæ-
vire videbatur.

F 14 Quadam vero die dum sanctissime viri
(Placidus et Maurus) habitacula cænobii Cassi-
nensis construerent, lapis in medio jacebat,
quem in ædificium levare decreverant. Cumque
eum movere non possent, plures adjuncti sunt:
sed ita immobilis permansit, ac si radicatus in
terra teneretur; ut palam daretur intelligi, quod
super eum ipse per se antiquus hostis sederet,
quem tantorum virorum manus movere non
possent. Difficultate igitur facta, ad virum Dei
Placidus et Maurus miserunt, ut veniret, et
orando hostem repelleret, ut lapidem levare
possent. Qui mox, ut venit, orationem dedit, et
tanta lapis celeritate levatus est, ac si nullum
prius pondus habuisset. Tunc in conspectu viri
Dei placuit, ut in eodem loco terram foderent;
quam dum fodiendo altius penetrassent, æreum
illuc idolum fratres invenerunt. Quo ad horam
essu in coquinam projecto, exire ignis repente
visus est, atque in Placidi et aliorum fratrum
oculis, quia omne ejusdem coquinæ ædifi-
cium consumeretur, ostendit. Cumque faciendò
aquam et ignem quasi extinguendo perstrepe-
rent,

ACTORIBUS
PSEUDO-
GORDIANO.
aa
bb cc

dd

ee

ff

gg

et adjutorem
hh
ii

* oratorium

F
condendo
Cassinensi

presbyteri
machinationes

q

Cassinum
abiens,

r

s

t

u

x
socium adhi-
bet

y

z

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

rent, pulsatus eodem tumultu vir Dei advenit. Qui eundem ignem in oculis fratrum esse, in suis vero non esse, considerans, caput protinus in orationem flexit, et eos, quos phantastico reperit igne deludi, revocavit fratres ad oculos suos, ut sanum illud coquinae aedificium assistere cernerent, et flammam, quas antiquus hostis finxerat, non viderent.

monasterio;

15 Rursus dum sanctus Domini Placidus cum fratribus parietem paulo altius aedificaret, viro Dei in oratione constituto diabolus apparuit, et quia ad laborantes fratres pergeret, indicavit. Quod vir Dei per nuncium celerrime mandavit, fratribus dicens: Fratres, caute vos agite, quia ad vos hac hora malignus spiritus advenit. Is, qui mandatum detulit, vix verba compleverat, et diabolus parietem, qui aedificabatur, evertit, atque unum puerulum monachum (nomine Severum *kk*) opprimens, ruina contrivit, quem in sago ad patrem Benedictum portantes, non solum membra, sed etiam ossa contrita habentem, in matta, qua sanctus pater orare consueverat, projecerunt, orationemque faciens, hora eadem illum sanum restituit et valentem, ut prius, atque ad eundem iterum laborem misit, ut ipse parietem cum Placido et fratribus perficeret, de cuius interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset.

kk

* storea

B

quod S. Placidi pater

16 Igitur cum ad aures Tertulli, Romanae curiae patricii, pervenisset, quod sanctus Domini Benedictus una cum Placido, ejusdem patricii filio, et discipulo suo Mauro, in sua possessione Cassini monasterium construxit, gavisus est gaudio magno, Filioque suo dirigere studuit, ut patris Benedicti voluntatem super suo adventu perquireret, et sibi remitteret; velle enim se aiebat, si id servo Domini placeret, et Cassinense coenobium, et Placidum filium suum videre. Quae cum idem sanctus Placidus patri Benedicto reserasset, vir Dei respondit, sibi placere, ut tam idem patricius, quam amici ejus ad monasterium visendum venirent. Placidus autem certum diem Tertullo, patri suo, quo ad coenobium visendum venire deberet, et juxta quod pater Benedictus in mandatis dederat, transmittere studuit. Qui confestim accersitis ad se nobilissimis de civitate Romae viris, Boëtio scilicet, Symmacho, Vitaliano *ll*, Gordiano atque Equitio *mm*, ascensis equis, concito gradu ad praedium possessionis suae, quod ei de paterna hereditate obvenerat, Cassinum pervenit. Cujus adventus dum patri Benedicto nunciatus fuisset, cum discipulis suis Placido et Mauro ante januam monasterii in ejus pergat occursum. Patricius autem beatissimum patrem Benedictum, corpore praestantia exhaustum, perspicens, de equo, quo insederat, celeriter descendit, et ita ut erat auro gemisque ornatus, in terram corruens, deosculabatur vestigia ejus. Quem pater sanctissimus a terra elevans, et ad pectus suum constringens, deosculatus est. Demum vero in ecclesiam sancti confessoris Christi Martini *nn* inducens, et praestantia gaudio in fletum prorumpens, illum et reliquos in fratrum conventum deduxit. Tertullus vero, deosculata omni Congregatione, rogavit patrem Benedictum, quatenus eum fratres dignarentur in suam recipere societatem. Qui cum celeriter ea, quae summa devotione posebat, una cum patriciis, consulibus ac senatoribus, qui cum eo venerant, impetrasset, obtulit Deo et eidem patri beatissimo Benedicto totum ex integro Cassinum montem, cum uni-

ll

mm

C

* cui

nn

versis pertinentiis suis, atque a suo proprio jure illum abscindens, eidem patri tradidit in perpetuum possidendum. Convocansque ad se reipublicae primiscrinium *oo*, testamentum juxta morem Romanum conscribi fecit, ab omnium mortalium jure atque dominio locum eundem perpetuo mansurum alienum decernens.

D

oo

17 Pariter amodo eidem patri obtulit castra, villas et possessiones *pp*, quae sibi in re hereditaria pertinebant, cum universis appendiciis suis, habentes hos fines: ab una siquidem parte fluvium Wlturum, ab alia fluvium Ligirlanum, a tertio fluvium Sacrum, a quarto latere municipium Carsiolanum, cum universis, quae intra praedictos fines tunc temporis habebantur. Domum vero, in qua Placidus, filius ejus, natus fuerat, in urbe Roma in Caelio monte, beati Erasmi nomini dicans, patri sanctissimo ex toto concessit. Obtulit etiam ipso die Deo et Sanctis ejus medietatem de lacu Lucrino, necnon et insulam Caprariam in salo Neapolitano locatam, portumque Trajesensem et Ultranensem, et totam piscariam Lesinensem una cum fascis sua, simul etiam tres insulas Diomedis et fluvium Lauri juxta piscariam Lesinensem. Propria vero, quae in Apulia habebat, rogatu Placidi filii sui pari modo concessit, quorum nomina haec sunt: In Canusia fundum Melitensem, Podensem, villam Pertusam, campum Caliensem, Babolianum viculum, et ecclesiam sanctae Mariae in eadem Canusina civitate constructam cum cortibus istis, Mirazanum, Plazanum, campi pascua, Lacum Romanum. In territorio Capuano, fundum Patenariensem et Amortunum. In territorio Corsino, fundum Curritanum, Laudanensem, Melassanum, Funiclirum, nec non et res suas in Magella, ubi postea ab eodem patre Benedicto monasterium Domini Liberatoris constructum est, una cum omnibus, quae ibi idem patricius possidere videbatur, regiones scilicet has: Theate, Aprucium, Pinne Asculum, Firmum, in mari Adriatico portum Sabini et portum Maurini; in Liguria cortem has: Adili, Musalium, Montironem, Fraguanelum, Rongalia, Campodulfum Laurentianum, Argelae, Ragogusosa, Calderaria, Frassevetulam, Seratam, Petrosami, Pontem longum Berseli, Gremanium, Moncerionem. In salo Gaditano insulas has: Pontiam, Pontateriam, Palmariam, et portum fluvii Gari-liari. Ista omnia Tertullus patricius eum Placido, filio suo, patri Benedicto per scriptum tradiderunt in perpetuum possidenda.

Tertullus,
pp

E

F

18 Hunc aemulatus ad bonum Equitius senator, obtulit et ipse una cum filio suo Mauro fundum Gentianum cum cella sancti Agapiti, et cortem suam in civitate Neapolitana locatam, cum ecclesia sanctae virginis Christi Caeciliae et sancti Severini. In Surrentoni Sariintravi, in quibus postea a patre Benedicto ecclesiae sitae sunt, necnon ecclesia sanctae Mariae in Cosentia. Gordianus quoque Romanae urbis vir spectabilis horum devotione delectatus, obtulit pro se et Silvia uxore sua villam Encheliam, in suburbio Aquinensi locatam cum pertinentiis suis inter hos fines: ab uno latere Silicem et Rivum, qui ex nomine beati Mauri postea nominatus est; ab altero Campum longum et Rivum, qui vadit per agrum de Matilia famelica, et fluvium Caruelum; ab altero a rivo Silvarici usque in Silicem. Pari etiam modo obtulit fundum Granarium inter hos fines, qui incipit a sancto Firmano, et vadit directe in Camarda, et inde in fluvium Melphua.

aliquae Ro-
mani hospites.

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

A Melphua, inde in litem sub Granarium, et vadit ad montem sancti Angeli. Concessit etiam fundum Reginae inter hos fines: ab uno latere habet viam Latinam, ab alio Silicem, ab alio fluvium Melphua, et viam Campaniam, inde in Portaritiam, et vadit in fossam, et mittit in Silicem. Haec omnia cum aliis quamplurimis rebus eidem sanctissimo patri Benedicto idem Gordianus vir illustrissimus obtulit jure perpetuo possidenda.

amplis possessionibus donant.

qq

49. Eodem tempore jam dictus Tertullus patricius hortatu sanctissimi Placidi filii sui obtulit beatissimo ac venerabili patri Benedicto decem et octo patrimoniis sui cortes, quas in Sicilia habebat qq, et in diversis locis vir praepotens possidebat, bonas valde et magnas cum portubus suis, silvis, aquis, piscariis, molendinis, aquarumque decursibus ad easdem cortes pertinentibus, cum servis septem millibus, exceptis uxoribus eorum et filiis, cum procuratoribus earundem cortium, atque a proprio jure easdem cortes abscondens, eidem patri per praecipuum tradidit in perpetuum possidendas, poena apposita quatuordecim millium talentorum auri, qui id removere tentasset. His quoque diebus Gordianus rr quidam natione Romanus, litteris Graecis apprime eruditus, ad venerabilem patrem Benedictum pervenit, seque ejus magisterio subdidit. Placidus autem beatissimus, dum robur virilis invasisset aetatis, se in omnibus magistro suo Benedicto subdere studuit, et sub ejus praesentia angelicam vitam in terris ducere cepit, quem pater Benedictus ac sicut proprium filium unicam diligens, cum summa industria de his, quae Dei sunt, sollicite ac diligenter instruit.

rr

ANNOTATA.

a Theodoricus Amalus, occiso Odoacro, Italiae dominatus est ab anno 493 usque ad annum 526, ut scribit Labbeus in Compendio chronologico Historiae tum sacrae tum profanae part. III. Hunc Actorum concinnator, licet Italiae rex tantummodo fuerit, vixeritque, ut Procopius ait lib. I de Bello Gothico cap. 1, regis appellatione contentus, non usitato admodum scribendi more Augustum vocat: fecit tamen id verisimiliter, quod ex Jornande de Rebus Geticis cap. 57, alicujus auctore nosset, Theodoricum a Zenone imperatore patricium consulentem Romanum esse factum, et in filium adoptatum. Clodoveum Francorum regem, ex quo ab Anastasio consulatus codicillis accepit, Consulem et Augustum vocatum, scribit Gregorius Turonensis lib. II Historiae Francorum cap. 38. Et Cajetanus in Observatione 5 ad Vitam et Passionem S. Placidi hanc de Theodorico Terracinensem e Jano Grutero fol. 152 inscriptionem refert: D. N. gloriosus atque inclytus rex Theodoricus Vict. Triumph. semper aug. bono Reipub. natus, et propagator Romani nominis, domitor gentium.

C

b Justinus imperavit ab anno 518 usque ad annum 527, quem Justinianus excepit, anno 566 e vicis ereptus.

c Obiit Joannes I anno 526, cum Petri cathedram tenuisset ab anno 523, die 13 Augusti: post illum rexit Ecclesiam Felix III seu IV usque ad annum 529. Labbeus supra citatus.

d Patricium quoque vocat Gregorius Magnus lib. II Dialogorum cap. 3, cujus verba habes num. 64.

e De S. Placidi genere vide dicta § v; ubi et Silviam S. Placido sororem, sed nullo fundamento, a nonnullis tribui, dici num. 77.

f Haec et hujus numeri reliqua ex Gregorio Magno hausta sunt loco mox citato.

g Anno 522 nullus Romae sedebat Julius; sed nec Joannes supra memoratus ad lit. c. Sedebat vero S. Hormisdas. Substituendus forte annus 523. Vide num. 79 Comment. praevii.

h Dubium, an oblatione solenni. Talem fuisse Mabillonius suspicatur ex donatione praedictorum a Tertullo tunc facta: verum secundum Acta donatio illa aliquot annis serius contigit. Vide Comment. praevium num. 84 et seq.

i Atque adeo tunc pueri offerbantur non tantum ut profanis artibus, ut haereticis fabulari lubet, sed etiam ut religiosae vitae disciplinis erudirentur. Vide Comment. praev. num. 83.

k De S. Placidi pueritia sinistra non nihil loquitur Bailletus, Gregorii verba non recte interpretatus, ut dicit num. 89.

l Psalm. 76, v. 19.

m Et huic miraculo plus, quam par est, Bailletus detrahit. Vide num. mox citatum. Ceterum ex lib. II Dialogorum Gregorii cap. 7 haec desumpta sunt.

n Vide haec apud Gregorium lib. cit., cap. 5.

o Eadem de Florentio Gregorius cap. 8.

p Id est, pro dono.

q Joannes cap. 15, v. 20.

r Sic vere legitur Matth. 10, v. 25.

s Oratio haec, S. Benedicto attributa, non ipsa illius Casinum abeuntis ad suos verba, sed scriptoris Actorum stylium exhibet; qui non absimiles orationes a se excogitatas S. Placido aliisque alibi non raro attribuit; quod semel monuisse, sufficiat.

t Legendum: Justiniani. Vide hic Annotata ad lit. b.

u Id est, qui solus rerum imperio potitur, seu, ut vocant, monarcha.

x Leguntur eadem in carmine Marci de S. Benedicto apud Mabillonium tom. I Actorum Benedictini Ordinis Sanctorum pag. 29. De Angelis S. Benedicti comitibus sic canit:

Namque duos juvenes bivium perduxit * ad omne, Qui te firmarent quod sequereris iter.

De corvis vero:

Credar ficta loqui, nisi te, ne solus abires, Tres subito corvi promeruerit sequi.

y Lege: Aletrinam; est autem Alatrum, quod et Aletrium, Veteris Latii civitas in Hernicis.

z Condidit id Liberius patritius, ut lib. II Dialog. cap. 35 Gregorius scribit.

aa Servandi Gregorius citatus etiam meminit; sed nec apud Gregorium, nec alibi Sanctum appellatum inventi.

bb Videtur Maurus, S. Benedicto Sublaco abeunte, ibidem remansisse ex Gregorio cit. cap. 8. Vide num. 92 Commentarii praevii et binos seqq.

cc Puta Verulum, alteram Latii in Hernicis civitatem, Pontifici parentem.

dd Monasterii S. Erasmi in agro Verulano notitiam dedi num. 99. Comment. praevii.

ee Meminit Martini hujus Gregorius lib. III Dialog. cap. 16; et Martyrologium Romanum ad diem 24 Octobris.

ff Versus hic ex Marco poeta, S. Benedicti discipulo, excerptus est.

gg Mons

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

gg Mons Marsicus seu Massicus situs est in Campania Italia prope Calenum, Italici Carinula.

hh Casini notitiam habes num. 104 et seq. Comment. præv. Porro quæ hoc numero et binis sequentibus Pseudo-Gordiano narrat, magnam partem e Gregorio Magno desumpta sunt. Vide Commentarii prævii num. 103, 106 et 107.

ii Nimirum anno 529, ut quidem Pseudo-Gordiano ait supra num. 41.

kk Pueri pariete oppressi nomen Gregorius tacuit; Severum Pseudo-Gordiano dicit, secutus verosimiliter vitiosum codicem, qui pro De servo Dei parvulo habet: De Severo Dei parvulo. Vide num. 107 Comment. prævii.

ll En Pseudo-Gordiano in fædum errorem prolapsus. Dixit supra num. 41, Benedictum Casinum abisse anno 529, quem, constructo Casini monasterio, Tertullus, ut hic ait, invisit. Sed vide, quos Tertullo comites faciat; Boetium, Symmachum, et Vitalianum. Boetium, Symmachumque occidi Theodoricus jussit, qui post annum 526 in vivis non fuit, et ante, quam Justinianus, qui anno 527 imperare cepit, imperium nactus est, paulo post Boetii et Symmachi necem obiit, ut Procopius lib. 1 de Bello Gothico capp. 1 et 2 scribit. Vitalianus autem hic idem, ut opinor, designatur, qui commentitio Tertullianæ donationis instrumento subscribitur: at is jam inde ab anno 520 consulatu simul et vita exutus fuit. Vide num. 54 Comment. prævii et seqq.

mm S. Mauri patre, ut liquet ex num. 18 infra.

nn Hujus ecclesie mentio est apud S. Gregorium lib. 11 Dialog. cap. 8.

oo Libellionum principem.

pp In Appendice Chronici Casinensis commentitium Justiniani imperatoris diploma legitur pag. 781 et tribus seqq., quo Tertulli donationes Casinensi monasterio factas confirmat: possessionum nomina paulo aliter exprimuntur; sed utrobique corrupte. Sunt inter has non pauca, quarum situm frustra quæsi; reliquarum vero situm hic describere tediousum magis, quam utile futurum lectori, existimari.

qq Donationis hujus duntaxat meminit Leo Marsicanus; sed generatim, lib. 1 Chronici Casinensis cap. 4.

rr Is ipse nimirum, quem volunt horum Actorum scriptorem, et S. Placidi in Sicilia socium, Syracusis tandem mortuum, de quo vide, quæ habentur apud Octavianum Cajetanum tom. 1 Vitaram Sanctorum Siculorum pag. 487, ubi etiam Beati et Sancti titulo afficitur. Actum de illo brevibus est ad diem 18 Martii in Prætermissis.

CAPUT II.

S. Placidus iter in Siciliam arripit, et prodigiorum multitudine claret.

Turbatam in
Sicilia rem
Benedictinam

a

b

Per idem tempus procuratores cortium a, quas in Sicilia Tertullus patricius patri Benedicto concesserat, legatos Cassinum ad beatissimum patrem Benedictum direxerunt, eo quod cortes b ipsæ a quibusque devastarentur, adeo

ut a procuratoribus nullo modo possent defendi, neque debitum pensum a possessoribus exigi. His, venerabilis pater, auditis, omnem convocans Congregationem, quæ in suis possessionibus acta, sibi que nunciata essent, per ordinem pandit. Demum vero ex consulto Cassinensis Congregationis Placidum sanctissimum, discipulum suum, ad tantum laborem sustinendum aptissimum judicans, ob id vel maxime, quia nullus easdem possessiones, sicut ipse defendere et custodire valeret, evocat, illumque ad tuitionem earundem cortium dirigens, dixit ad eum: Ad suscipiendum militiæ laborem, dilectissime, accinge sicut vir lumbos tuos, quem per me nunc tibi dat Rex omnium Christus, qui factus est obediens usque ad mortem. Reminiscere igitur sermones ejus dicentis: « Non veni » facere voluntatem meam, sed ejus, qui misit » me, Patris e. » Non te longi itineris conturbet austeritas; recordare illud Apostolicum: « Quia » non sunt condignæ passionibus hujus temporis » ad futuram gloriam, quæ revelabitur in no- » bis d, » etc.: « Per varias tribulationes oportet » nos introire in regnum Dei e. » Pro Christi namque nomine, qui in hac vita decertaverint, in futura æternam remunerationem accipient, illam scilicet, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se. Jesus Christus autem Filius Dei semper sit tecum, perducet te ad vitæ æternæ consortium.

21 Hæc dum perorasset, dedit commilitones tanti itineris Gordianum et Donatum, mandans, ut ita beato Placido unico sibi ac carissimo, sicut et sibi eatenus, in omnibus obsequerentur, osculansque beatum Placidum, et benedicens, dimisit a se, anno Dominicæ Incarnationis quingentesimo trigesimo sexto f. Igitur benedictionem et osculum suscipiens tanti Patris, tertio decimo Kalendas Junii beatissimum Placidum cum duobus famulis suis Gordiano et Donato, ascensis equis, primo diluculo iter aggrediens, advesperascente jam die, Capuam pervenit ad urbem g, ubi benigne cum suis a beato Germano h, ejusdem civitatis episcopo, susceptus est. Primicerius i vero ejusdem Capuanæ ecclesie, nomine Zoffas, laborans valde pessima infirmitate capitis, quam medici Græco vocabulo Cephalearum vocant, ubi comperit, illic adesse Placidum, beatissimi patris Benedicti discipulum, cujus jam per totum orbem Romanum miraculorum fama radiabat k, procidit ad ejus pedes, dicens: Adjuro te, Placide serve Dei summi, per venerandum nomen pretiosissimi magistri tui Benedicti, ut digneris super caput meum manus tuas sanctas imponere, ac preces Redemptori et Salvatori omnium fundere; confido enim et constantissime credo, quia, si hoc feceris, continuo recipiam sanitatem.

22 Sanctus autem Domini Placidus, ab eodem primicerio talia dum verba audisset, pavore perterritus, omnimodis contradicere cepit, dicens: Recedite, quia hæc mea non sunt, sed beatissimi patris Benedicti, et illorum, qui Salvatori omnium placuerunt. Ego enim peccator sum, et perfectissimorum virorum suffragiis indigens. Sanctus vero Germanus episcopus una cum clericis suis servi Domini Placidi ore hæc audiens, et Deo et hominibus illum carissimum ac dilectissimum esse prænosens, primicerii precibus victus, pro ejusdem languidi incolumitate illum rogare instantissime cepit. Vir autem Domini

restitutum it
S. Placidus
anno 556,

f

g h

i

k

et Capue
prodigiorum

A Domini supplicationem tanti patris minime contemnendam ducens, erexit se, surgensque manum capiti ejus imposuit, et ad cœlum oculos elevans, dixit: In nomine Domini nostri Jesu Christi, cujus virtute, nihil læsus, sum ereptus de aquis, a quibus trahebar, adjutus meritis et orationibus magistri nostri Benedicti, si fidem habes tantæ credulitatis, restitua te Deus in pristinam sanitatem. Cumque omnes, qui aderant, respondissent, Amen, confestim dolor capitis, quo per multos annos fuerat fatigatus, ab eo discessit, cepitque laudare et benedicere Deum, dicens: Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui me sanum fecit meritis et intercessionibus beatissimi patris Benedicti per sanctissimum Placidum discipulum ejus.

initium facit:

23 Itaque dum beati Placidi sanctitas per ora omnium volitaret, quidam cæcus inopinato vociferantis populi clamore percussus, sollicitè interrogare cœpit, quid esset. Qui cum respondissent, quod Placidus, discipulus beati Benedicti, venisset, cæcus fide fervens, duci se ante beatum Placidum fecit, rogansque eum per sanctum et terribile nomen Domini, et obtestans, ut suis sanctis precibus sanitatem impetraret a Domino. Sanctus autem Domini Placidus, more sibi solito in fletum erumpens, jussit eum adduci ad se, et, cum appropinquasset, super ejus oculos signum salutiferæ Crucis faciens, oravit ad Dominum, dicens: Mediator Dei et hominum, Domine Jesu Christe, qui ideo de cœlis ad terram descendisti, ut sedentes in tenebris et umbra mortis illuminares, qui beatissimo magistro nostro Benedicto tantam gratiam contulisti, ut omnibus languoribus et vulneribus subveniret, tu per ipsius merita huic cæco lumen restitu, ut videns magnalia tua, te patrem, te dominum veneretur et adoret. Expleta oratione, Sanctus Domini, conversus ad cæcum, dixit: In nomine ipsius, qui solem et lunam in cœli ornameto constituit, et cæco nato oculos, quos natura negaverat, condonavit, adjutus meritis sanctissimi magistri nostri Benedicti, surge sanus et incolumis, et prædica omnibus mirabilia Dei. Ad hanc vocem sanus exurgens, ac improvise sanguine manante de lumine, salutem suam oculi mirabiliter receperunt. Mox vero, ut lucem conspexit, ad ejus vestigia ruens, pedes illius, insatiatus gaudio, deosculari avidissime cœpit, pariterque Gordiano et Donato præ compunctione deflentibus, qui Dei laudabant magnalia, quia eidem cæco oculos restituit. Sed hæc quidem, præsentem sancto Germano episcopo, gesta sunt.

inde territorium

24 Inde quoque Sanctus Domini dum recessisset, ac juxta civitatem Calatiam iter ageret, quidam languidus ei factus est obvius, conquerens, quod accolæ regionis illius gravi tædio laborarent. Vir autem Dei illius fidem admirans, oratione præmissa, salutiferæ Crucis vexillo languidos cunctos, qui præsentem erant, consignans, pristinae salutis restituit. Tunc temporis quædam mulier, filium parvulum habens in ultimo flatu palpitantem, jam jamque moriturum, ante sanctum Domini Placidum obtulit, dicens: Placide, pater honestissime, qui sanitatis gaudia quamplurimis reddidisti, respice, quæso, voces ancillæ tuæ, attende fletum, suscipe preces, et mihi unicum filium, jam in extremis positum, redde, ut plena gaudio, vacua gemitu, cuncta Regentis laudare possim magnalia. Vides infelicem, extorquente morte, rapinam, aut

mihî filium restitu, aut pariter cum ipso funeratum me obtine. Indulge, pater Placide, miserræ, per magistrum tuum Benedictum te adjuro, quam dolor reddit audacem. Qua flebiliter poscente, mox, ut beati Placidi dextra expirantem signum salutiferæ Crucis expressit, quasi evigilans de sopore, matris papillas expetiit, qui jam frigebat in mortem. Ita in momento temporis filius de mortis fauce, mater tollitur de mœroris funere. Gratia Creatori et gubernatori ab omnibus redditur, patris Benedicti sanctitas cunctorum ore prædicatur qui talem dignus fuit nutrire discipulum, a quo morbis jugiter ac languoribus imperabatur. Post hæc oblatum est ei quidam paralyticus, universorum membrorum damnata ferens officia, nullumque vigorem retinens plantæ vel dexteræ. Sanctus autem Domini Placidus, qui dona larga præstabat mortalibus, super eum salutiferæ Crucis signaculum fecit, confestimque morbus excluditur, salubris vigor illabatur, recreatisque visceribus, melius renascitur, salute, quam germine; plus acquirens et plus sumens ex munere, quam sumpsit ex origine.

AUCTOR PSEUDO-GORDIANO.

25 Alius interea vir cum quartano typo graviter affligeretur, fidens de beneficio Dei, beato occurrere studuit Placido, quem sanctus Vir attritum conspiciens, orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, qui socrum Apostoli tui Petri, puerumque Centurionis solo verbo curasti, te quæso per suffragia dilectissimi servi tui, magistri nostri Benedicti, huic languido portum salutis ostende. Necdum verba finierat, et quasi impetu fluminis ita quartanæ febris ignis extinctus est, sanusque consurgens, laudem dicebat Altissimo. His porro diebus quidam claudus, vix a duobus advectus, ei præsentatus est qui erat mutus et claudus, lingua vigeat immobilis, anhelitu palpitante, pars erat tota de funere, ut videntibus oculis reliquum esset cadaveris. Super quem misericorditer ut signum salutiferæ Crucis Placidus pater impressit, confestim omnis viror per membra diffunditur, venarum fluxus, ac si rivulus esset, suscitatur, nervorum imbecillis stupor excutitur, naturali motu ad vitalem usum tota fabrica renovatur. Mox linguæ plectrum, digitorum glomî tenduntur, pedum bases solidantur, totaque viscerum moles. Hoc fuit Placido vivificare, quod tangere, ac convalescente medela, Deo gratias referens, Sancti deosculabatur vestigia. Eo quoque tempore quidam vir, ad Sanctum Domini accedens, supplicare cœpit, ut ad amicum suum aut ipse aut missi ejus venirent. Sed quia Servo Domini fuit accessus difficilis, parumper distulit. Alteraque die exoratus, ad eum accedere studuit, qui sub torture duplici hinc pressus valetudine erat, inde podagræ vulnere cruciabatur. Quem Vir Domini, præmissa oratione, signavit, eodemque momento, debilis, manibus directis, de languore longinquo, gressu solidato prosiluit. Sed ut duplicaretur tunc sanitatis mysterium, sanitas, quæ præcessit in uno, pervenit ad alium.

E Calatiens' peragrans;

m

F

n

26 Nam quidam vir habens filiam mutam, cæcam et surdam, exponit vivum cadaver ante sancti Viri vestigia, dicens: Pater sanctissime, quod tibi de medicina restat, huic languidæ impende. Nam tibi credimus reservatum esse, ut, ei restituta sanitate, acquirat a te, quod amisit de germine o. Tunc pietas insignis evocatur in lacrymis. Mox ad militiæ suæ Placidus belliger

id prodigiis non paucis

o

arma

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

arma convertitur, ad obtinendam victoriam preces offert summus inter oratores orator. Vir autem sanctus, ab oratione exurgens, salutiferæ Crucis signaculum super languidum faciens, eo momento, in Trinitatis nomine trino depulso languore, statim patefactis aurium oculorumque meatibus, plaudentibus cunctis, muta loquax, surda audiens, cæca videns effecta est. Quo facto, universi laudem dederunt Altissimo, et Placido, beatissimi patris Benedicti discipulo. Alius præterea Romanæ urbis incola, cum pessimum typum *p* infirmitatis incurrisset, ad Sanctum Domini deductus, sanitati pristinæ redditus est. His taliter prælatis, prosequamur et reliqua. Quidam præterea non ignotæ gentis municeps, missa manu in vulnere cujusdam, tota intumuit, hinc grassante febre, tota pars brachii relaxatur putredine. Hic Sancto Domini nuncium mittens, ut ad se diverteret, precibus fuis obtinuit. Sed mox, ut ejus brachium Vir Dei sacro Vexillo munivit, mirificus medicus, quicquid inerat ulceris, pretioso signo restrinxit. Alii interea viro dum manus contractæ fuissent, ad sanctissimum Virum, morbo instigante, percurrit, quem, sacro signo addita, oratione, sanitati priori restituit. Mirandis plus miranda ad gloriam Christi succedunt. Quidam præterea vir, dum spiritu immundo acriter infestaretur, ad sancti Viri præsentiam curandus deductus est. Quem Pater sanctissimus sanitati restituens, videntibus eum circumstantibus, velut fumus, de capite energumeni umbra fucata egreditur.

passim illustrat:

27. Eo etiam tempore Viro Dei oblatum est languidus, cui duplex morbus inerat, inde vetustas, hinc cæcitas, qui salutem deprecari verbis trementibus incepit. Qua supplicatione Placidus pater permotus, languidi senis et debilis, oratione præcedente, sanctæ Crucis signaculo lucernæ oculorum reddunt luminis radium, et dato speculo Crucis, tenebræ diffugerunt. Qui illuminatus Deo Patri reddidit gloriam, per quem Christus operatur, Sanctique præconia circumquaque diffamabat; dinumerantur morbi, ut Christus glorificetur, fons Placidi patris sanctissimi. Quidam namque languidus ita capite, oculis et totis hydropis morbo tensus erat visceribus, ut in utris similitudinem quasi totus venter esset pertractus in vitalibus, et, velut vitrum, perluceret infecta cutis extrinsecus, qui a medicis desperatus ad Beatum confugit, extrema sorte remedium, quique mox, ut vestibus exutus, et sacratissimæ Crucis est signo munitus, hydropis inclusus liquor sacri Signi impressione consumitur. Sic modo admirabili nec intus humor retentus est, nec foris egressus, arte prædicabili humorem signo siccat. Is autem, qui languidus fuerat, divinum beneficium per beatissimum Placidum in se patratum advertens, Deum laudare et benedicere cepit, dicens: Domine Jesu Christe, qui mihi sanitatem reddidisti meritis sanctissimi servi tui Benedicti per pretiosissimum Placidum, discipulum ejus, te benedico.

ad Furcas Caudinas progressus, cæcum,
q

28. Vir autem domini cum jam ad Furcas Caudinas *q* propinquaret, quidam cæcus lucem postulaturus ad eum accessit. Quem Sanctus Domini ut vidit, jussit, illum perducere ad se. Et dum appropinquasset, manus suas super oculos ejus clausos imponens, atque ad cælum sua lumina vertens, oravit ad Dominum, dicens: Lux mundi, Deus, qui in fine temporum Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum, incarnari

de Virgine constituisti, qui mundum, in peccati fovea jacentem, misericorditer per jam dictum Filium tuum erexisti, qui beatissimum patrem nostrum Benedictum Ecclesiæ tuæ speculum et legislatorem dedisti, qui dedisti ei potestatem mederi omnibus vulneribus atque languoribus, tu per ejus sanctam intercessionem huic misero, in tenebris constituto, lucis gaudia condonare dignare. Cumque orationem complisset, super ejus oculos signum luciferæ Crucis imprimens, dixit: Illuminet te Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei, qui cæco nato lumen restituit. His dictis, mox, ut super ejus oculos signum Crucis expressit, lux effulsit, et totum laborem medici virtus Crucis cessare fecit.

29. Quædam interea mulier, dum gravissima infirmitate detineretur, audita fama miraculorum sancti Viri, sollicitè interrogare cepit, unde tantum gaudium in populo esset. Qui cum respondissent, quod eo Placidus, beatissimi patris Benedicti discipulus, transiret, qui cæcos illuminat, dæmones fugat, omnibusque, necessitatem patientibus, divina dona impertit; mulier fide in Deum, spe in Sanctum Domini fervens, ad eum accedere studuit. Vir autem sanctissimus, præsciis futurorum, videns mulierem venientem interrogare cepit, unde vel qua ex re ad eum venire voluisset. Hæc autem vestigiis ejus provoluta, dixit: Diu est, Pater reverende, quod, diutino languore afflicta, sanitatis beneficium ex toto amisi. Unde supplex tuam Paternitatem exoratura adveni, quatenus preces ancillæ tuæ exaudias: confido enim et fiducialiter credo, quod per tuam sanctam intercessionem ostendat in me Dominus gratiam suam, placidus mulieris fidem et devotionem admirans, expansis in cælum manibus, oravit ad Dominum, dicens: Lux, æterne Deus, vita, via, deus, sapientia celsa tuorum, expelle, quæso, ab ancilla tua omnem languorem, ut, sanitati restituta, nomini tuo sancto gratiarum præconia persolvere valeat. Vix in oratione Placidus sanctus verba compleverat, et, redeunte sanitate, mulier ad verbum Viri Dei festina consurgens, facienti mirabilia in cælo et in terra laudum munia decantare devotissime cepit, confitens, Placidi interventu sanitatis sibi advenisse beneficium.

mulierem infirmam,

E

30. Hæc dum per ora circummanentium serperent, quidam vir per quamplura tempora febricitans decubabat in lectulo. Huic dum beatissimi Placidi miracula relata fuissent, cursu, quo poterat, beatum adiens Placidum, postulabat ab illo benedictionem. Quem Vir sanctus vivificæ Crucis vexillo muniens, dixit: Benedicat te Dominus Deus ex Sion, ut videas, quæ bona sunt in Hierusalem omnibus diebus vite tuæ. Ad hanc itaque Viri vocem validudo languoris recessit, dolor fugatus est, omnesque adstantes in stuporem et admirationem convertit dicens, quod vere Deus visitavit plebem suam, qui tantum ac tale ad partes illas dignatus est transmittere donum. Ipse autem sanctus Vir, licet tanta, magistro suo juvante, patretur et stupenda miracula, humilitatis amicus, humilitatem modis omnibus retinens, ultimum se omnium hominum judicabat, dicens: « Vermis sum et » non homo, opprobrium hominum et abjectio » plebis *r.* » Post patratum itaque per beatum Placidum in languente miraculum, quidam debilis manu contracta ad eum accessit. Quem dum sanctus Vir perspexisset, oculis in cælum erectis,

F
febricitantem, manu aridum, energumenum,

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

A erectis, dixit: Domine Jesu Christe, qui ad interuentum Apostoli tui Petri claudum ad fores templi sedentem mirabiliter existi*, tu per intercessionem dilectissimi serui tui Benedicti, magistri nostri, huic contracto manum restitue. Ad hanc vocem, dum digitos ejus suis sanctis manibus contrectasset, subito sicca palma reuirit. Iisdem porro diebus quidam vir, graviter a spiritu immundo vexatus, ad sanctum Domini Placidum curandus adductus est. Cumque pro eo omnipotentis Dei clementiam exorasset, manu sua signum Crucis super eum faciens, statim a circumstantibus, de ejus naribus scintillante igne, fumus egressus visus est, cunctisque patenter innotuit, prae cogitationis auctorem in specie fumi ab eo discessisse.

e quouis morbo laborantes sanat;

31 Jam vero si exaequerentur miraculorum singula, quae in tali praecipue floruerunt itinere, haec sine numero essent, nec esset modus in pagina. In quocumque enim loco, ubi Placidi beati se convertit praesentia, nulla morborum generibus ejus interuentu defuit medicina: quia, quot se obtulissent languentium vulnera, tot super aegros fundebat salutis semina. Nam beati Placidi quis exaequare poterit prima ad ultima?

B Cum per signum Crucis salvaret languidos, curaret energumenos, ante quem, quamvis occulte venisset antiqui hostis versutia, statim se manifestavit fraudulenta fallacia. Hac de re a conspectu sancti Viri, quia celari non poterant, nec tolerabant praesentiam, terribili ululatu sua gemebant incendia, passim per loca violenter exponebant crimina, suspensa per aera frequenter nec interroganti confitebantur et nomina, et saepe suo impulsu currebant ad sanctum Virum crucianda daemonia, pendebantque religati energumeni aërio vinculo, et, quae clavis defixo, tendebant vestigio. Cumque iter ageret, strages daemonum ante Placidi beati obtutum cadebant catervatim, per vestigia diversis modis effusa, haec muta, illa clamantia; illa fixa, haec lubrica: et velut ante judicem dum gesta ferrent, non effugebant tormenta. Sed ad sancti Viri praeconium quanta est haec laudatio, cum ineffabiliter multa et stupenda fierent sub momento s? Jam vero de miseria egenorum relevanda quantum fuerit prodigum, explicare quis poterit? In tantum enim, etiam in itinere constitutus, miseras et egestates aliorum relevare studebat, ut jure cum Job dicere posset: « Ab infantia crevit mecum miseratio t. »

C 32 Tunc temporis quidam juvenis in tantum fuit membrorum destitutus officio, ut calcanea natibus quasi clavis inhaerent affixa, manusque ad mamillas et brachia retro hinc inde costis quasi quodam glutino necterentur, oculis quoque et auribus, ipsique linguae propria erant negata officia. Hic, adjutorio suorum impositus in sistarcia u, comitantibus sibi pueris, ad beatum Placidum pervenit, prostratusque pedibus ejus, rogabat, ut sibi solita pietate succurreret. Quem flebili voce misericordiam poscentem Sanctus Domini cum perspexisset, inquit, unde venisset. Tum ille, Propter te, inquit, Pater sanctissime, patria parentibusque relictis, nequam de pollicitatione dubius, sed Christi virtute securus, huc ad te sanandus adveni. Adhuc Sanctus, erectis in caelum manibus et oculis, Dei omnipotentis clementiam devotissime cepit supplicare, ut per merita sanctissimi Benedicti misero sola* pietate succurreret. Cumque orationem complexset, languidus magnis vocibus

t in quibus debiles tres,

u

* solita

Octobris Tomus III.

cepit clamare, ita ut vocibus ejus omnes percellerentur. Et ecce repente cohaerentia coeperunt membra resolvi, atque, decurrente cruore, paulatim crura et manus, diutino glutino coarctatae, in pristinum vigorem restitui. Sicque factum est, ut aeger, qui alienis manibus delatus advenerat, propriis jam sanus incederet vestigiis. Et ita est in eo plenitudo restaurata salutis, ut in uno eodemque tempore et visum oculi, et aures auditum, et lingua ejusdem recte loquendi pristinum recepissent officium. Quidam vero, dum per annos quamplures manuum ac pedum, sed et oculorum fuisset privatus officio, ad Placidum, patrem almificum, veniens, universa debilitatis molestia liberatus est. Alius quoque adolescens, qui erat a renibus usque deorsum, omnium immobilis rigiditate membrorum, ita ut manibus innitens universum post se corpus trahens, ad instar vermium per terram reperet. Hic, ad sanctum Placidum adductus, salutem integerrimam recuperavit in omnibus membris.

33 Per eos dies dum sanctissimi Placidi miracula per ora hominum volitarent, Deoque ac patri sanctissimo Benedicto, magistro ejus, super tanta prodigia gratias agerent, quidam caecus, duci se ad beati Placidi praesentiam, fecit, clamans et dicens: Placide et serve Dei vivi, adjuro te per magistri tui Benedicti dulcissimum nomen, ut mihi a Domino Salvatore, illuminatore omnium, visum impetrare digneris. Confido enim, et fideliter credo, quia, quicquid a Domino petieris, impetrabis. Sanctus autem Domini Placidus, pietatis discipulus, more sibi solito ad misericordiam flexus, vivificum signum Crucis super oculos ejus faciens, dixit: Domine Jesu Christe, qui caeco nato oculos, quos natura negaverat, reddidisti, et sedentes in tenebris et umbra mortis illuminasti, ut per merita serui tui, magistri nostri Benedicti, hujus caeci oculos illuminare dignare, ut, videns mirabilia tua, sanctum nomen tuum, quod est benedictum in saecula, laudet hic et ubique. Cum a circumstantibus responsum fuisset, Amen, illico aperti sunt oculi ejus, cepitque laudare Deum, dicens: Benedictum sit nomen Domini gloriosissimi, qui me illuminavit per intercessionem beati patris Benedicti, et per sanctissimum Placidum, discipulum ejus. Fit vox letitiae per ora cunctorum, pueri cum mulieribus juvenes cum senibus, Dominatori et Salvatori Domino Jesu Christo laudem decantantes occurrunt, clamabantque: Gloria tibi, salus ac vita cunctorum, qui tantum ad partes nostras dignatus es transmittere donum.

et a natiuitate caecus.

E

F

ANNOTATA.

a In his Pompeius Cilius, infra num. 42 memoratus, qui eodem loco, quo S. Placidus, sepultus fuit.

b Id est, villa, praedia.

c Joannis 5, v. 30: Non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.

d Ad Romanos 8, v. 10.

e Act. Apostolorum cap. 14, v. 21.

f Non potuit Casino eo anno proficisci S. Placidus, si Sabinum, Canusinum in Apulia episcopum, quod infra num. 36 asseritur, inuenerit. Vide dicenda ad lit. e in Annotatis ad caput 3.

g Campaniae Felicis civitas, nunc in eum locum translata, ubi olim erat pons Veteris Casilini.

46 h Colitur

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

h *Colitur 30 Octobris; coluitque amicitiam cum S. Benedicto, qui illius animam in caelum deferri vidit.*

i Primicerius, primus in quolibet ordine, heic prima dignitas canonicorum. *Mabillonius in Annotatis hic.*

k Nullum tamen ante id tempus miraculum fecisse scitur.

l Duplex hujus nominis prope Vulturum fluvium civitas episcopalis olim fuisse videtur: altera, quae hodie Cajazzo Italis dicitur, Casinum inter et Vulturum, altera trans illum: haec hic videtur intelligi. Vide dicta Commentarii praev. num. 113 et k seqq.

m Febri quartana, a voce Graeca τριπτος, significante accessionum in morbis remissionumque revolutionem.

n Legati, sive quos suo nomine mitteret.

o An a nativitate?

p Vide lit. m.

q In Hirpinis, inter Abellam et Beneventum, Romani exercitus clade memorabiles. Dicuntur vulgo: Stretto d'Arpaia.

r Psalm. 21, v. 6.

B s Quaedam heic ex Fortunato, inquit hoc loco Mabillonius. Ita nimirum Vincentius Fortunatus, Pictaviensis episcopus, scribit in Vita S. Germani, episcopi Parisiensis, anno 576 defuncti, apud nos tom. VII Maii pag. 786, col. 2. Sed si exequamur miraculorum singula, quae suis gestis praesenti floruerunt in vita, haec sine fine sunt, caepa nec erit modus in pagina: quia, quocumque se convertit praesentia, nulla morborum generibus defuit medicina: et quanta se obtulerunt languentium vulnera, salutis fudit tota semina. Nam quae prima pontificis exsequamur vel ultima, cum per salivam oris sui multa curata fuerint ulcera, purgata sint energumena? Ante quem, quamvis occulte venisset hostis nequitia, statim se manifestavit fraudulenta fallacia: ac de conspectu sancti viri, quia celari non poterant, nec tolerabant praesentiam, terribili ululatu sua gomebant incendia, passim per loca volitantia exponebant et crimina, suspensi per aera, frequenter nec interrogati confitebantur et nomina, cum saepe suo impulsu currebant ad sanctum virum crucianda daemona. Cujus minister quo loco Sancti tenebat baculum, illic energumenus pendeat aereo vinculo, et, quasi clavis affixo, tenebatur vestigio.... Cum vero pedem efferret de domo vel ecclesia, videres strages daemonum ante tanti pontificis ac triumphatoris obtutum. Cadebant circa Sancti catervatim vestigia, diversis modis effusa; haec muta, illa clamantia, illa fixa, haec lubrica; et velut ad judicem dum gesta referrent propria, non effugiebant tormenta. Sed ad Sancti praeconium quanta est haec laudatio, cum ineffabiliter multa et stupenda ab eo fierent momento? *Manifestum itaque est, non Gordianum, sed e recentiorum numero unum Fortunati de S. Germano verba S. Placido applicuisse; quod et alibi his in Actis ex Victore Vitensi praestitum esse, observavimus. 114 et hinc seqq. Comment. praevii.*

t Job cap. 31, v. 18.
u Sistaricia, σισταρτζια, commeatum annonamve significat apud Graecos: apud Latinos etiam recentiores sistaricia et saepius, sed corrupto nomine, sistaricia sumitur pro cista aut canistro vel mantica, qua edulia continentur. Ita Mabillonius in Annotatis.

CAPUT III.

Sanctus iter suum promovet, Messanam appellitur, ibique monasterium condit.

I nde itaque Placidus, beatissimus pater, egrediens, Beneventum a devenit, atque a sancto Martino b episcopo ob amorem beatissimi patris Benedicti cum omni reverentia susceptus est. Ibi itaque vir Domini Placidus dum cum eodem sancto pontifice resideret, claudus quidam, Malo c nomine, juxta episcopum eundem commanens, qui non aliter, quam genibus repens, cum scabellulis terram verrebat, comperit a Gordiano et Donato ac civibus urbis, illuc advenisse Placidum, beatissimi patris Benedicti discipulum, cujus sanctitatis et virtutis fama se jam per totum orbem extenderat. Hic nisu, quo poterat, beatum audiens Placidum, coepit clamare, dicens: Adjuro te, Placide, serve Dei excelsi, per orationem magistri tui sanctissimi Benedicti, cujus meritis, sicut audivimus, liberatus es, ne ab aquis laedi potuisses, ut me sanitati restituas. Et cum a sancto Martino episcopo et ab omnibus rogaretur, jussit, eum adduci ad se, et stans, super illum orationes fudit ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, qui totum mundum, cum esset perditus, restaurasti, tu per merita beatissimi patris Benedicti adesto nobis et huic famulo tuo, opem salutis ei inferendo, ut, pristina sanitate recepta, nomen tuum gloriosum benedicat in saecula saeculorum. Et cum omnes respondissent, Amen, protinus consolidatae sunt bases ejus et plantae, et sanissimus surgens, clamabat: Gloria tibi, Domine Jesu Christe, qui me salvum fecisti per beatissimum Placidum, discipulum sanctissimi Benedicti, servi tui. Habitatores autem civitatis Beneventanae, tale miraculum per beatum Placidum patrum videntes, laudabant et benedicebant Deum, dicentes: Jubilet et psallat tibi, Deus, terra, pontus, et plebs fidelis hymnum decantet, qui servo tuo Benedicto tam pretiosum concessisti discipulum.

35 Talia dum quidam caecus audisset, propinquorum manibus ad patris Placidi praesentiam se duci, fecit, lacrymosisque singultibus clamabat, dicens: Placide, serve Dei dilecte, qui meritis magistri tui Benedicti adjutus, sanitatis gaudia quampluribus reddidisti, succurre, quaeo, meae miserabili caecitati, quatenus, deletis tenebris, lucem possim adspicere, et cuncta Regentem cum cordis jubilo valeam collaudare. Sanctus vero Domini Placidus ad misericordiam flexus, erectis in caelum manibus, dixit: Domine Jesu Christe, lux vera, quae illuminas omnem hominem, venientem in hunc mundum, tu per merita magistri mei, servi tui Benedicti, huic caeco lumen donare digneris, ut, videntes mirabilia tua, laudent et benedicant nomen tuum, quod est gloriosum in saecula. Hi vero, qui aderant, cum respondissent, Amen, exaudivit Dominus de templo sancto suo Servum suum, caecoque poscenti lumen restituit. Qui, sanitati redditus, clamabat, dicens: Tibi sit, Christe, laus, honor, decus

Sanctus a
S. Martino

a

b

c

E

F

Beneventi;

A decus et jubilatio, qui me illuminasti intercessionem sanctissimi servi tui Benedicti per beatissimum Placidum, discipulum ejus. Fama hujus rei omnem continuo replevit urbem Beneventanam. Ad tantum miraculum ruunt cuncti obviam, cuncta Regentem cum magna exultatione laudantes.

a S. Savino

d

e

36 Beatissimus vero Placidus sanctum Martianum episcopum salutans in osculo sancto, post aliquos dies ad Canusiam d Apuliæ civitatem devenit, in qua cum ingenti gaudio et dilectione ob amorem beati Benedicti a sancto Savino e, ejusdem civitatis episcopo, susceptus est. Idem sanctus Savinus episcopus tam beatissimo Placido, quam et omnibus, qui cum eo venerant, omnem humanitatis curam exhibuit. Sanctus autem Savinus per tres dies beatum Placidum secum retinens, dulcia invicem perennis vitæ inter se serebant colloquia, et per intervalla horarum interrogabat illum de virtutibus, quas per beatissimum patrem Benedictum divina exercuerat Majestas, simul etiam de vita et melliflua ac discretissima doctrina ejus.

Canusii;

B

37 Interea, dum ista dicuntur, et illa referuntur, Landulfus quidam nomine, manum aridam et incurvatam habens, ubi comperit, illuc advenisse Placidum, discipulum beati Benedicti, flens et ejulans venit clamavitque: Placide virorum sanctissime, adjuro te per eum, qui cuncta creavit, et per magistri tui Benedicti sanctum nomen, ut mihi sanitatis beneficium implores a Domino: confido enim, quia per te ostendet in me Dominus misericordiam suam. Hæc cum dixisset cum ingenti luctu, aridam manum beatissimo Placido ostendebat. Idipsum omnes, qui in eodem spectaculo erant, et qui occurrere poterant, una cum sancto Savino episcopo suppliciter exposcebant, rogantes eum, ut pro eo omnipotenti Domino supplicaret. At ipse, ut erat piissimus, ex intimo cordis trahens longa suspiria, cum lacrymis orationem fudit ad Dominum, dicens: Deus omnipotens, cui nihil est impossibile, que cælum, terram, mare et omnia, quæ in eis sunt, ex nihilo creasti, qui dedisti huic famulo tuo in baptisate remissionem omnium peccatorum, tu hunc per merita beatissimi patris nostri Benedicti in pristina incolumitate reintegrare dignare, per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat Deus in sæcula sæculorum. Hæc cum dixisset, utraque manu sua manum ejus aridam apprehendens, ait: Sanet te Dominus Jesus Christus, qui dignatus est extendere manum aridam in Synagoga. Continuo itaque extensa est illius arida manus et incurvata, et pristinae sanitati restituta est. Sanctus vero Savinus episcopus, tale miraculum per beatum Placidum dum advertisset, glorificabat Dominum, dicens: Gratias tibi refero, cunctorum Vita salutisque, qui beatissimo servo tuo Benedicto talem nutrire concessisti discipulum, per quem tibi signa et prodigia patrari, sit placitum. Sit nomen tuum benedictum ex hoc nunc et usque in sæculum. Hi autem, qui præsentibus erant, videntes, glorificabant Deum, patremque sanctissimum Benedictum summis adoriis f extollebant.

* reintegrare

C

f

a S. Sisinio
Rhegiæ excipitur;

g

n

38 Sanctus vero Placidus, beato Savino episcopo valefaciens, et inde iter accelerans, post non multos dies devenit Rhegium g Calabriæ civitatem. Quem sanctus Sisinus h, ejusdem civitatis episcopus, ob reverentiam, quam in sanctissimo patre Benedicto habebat, cum omni

diligentia suscepit, duobusque diebus secum retinuit. Itaque, dum fama per omnem provinciam Calabriæ de beati Placidi adventu volitaret, leprosus quidam, audita opinione miraculorum sancti Viri, venit ad eum, clamans et dicens: Placide, serve Dei, adjuro te per magistri tui Benedicti sanctum et venerabile nomen, ut tuis sanctis precibus sanitatis gratiam pro me implores a Domino: ideo te Dominus ad has partes direxit, ut languidis et debilibus sanitatem cordis et corporis conferas. Vir autem Domini Placidus, erigens se in cælum, orationem fudit ad Dominum, dicens: Deus omnipotens, salus sine fine et initio, qui totum mundum creasti ex nihilo, qui in fine temporum Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum, incarnari de Virgine, et Crucis patibulum subire fecisti, quo vetustum solveret proprio cruore peccatum, tu per merita sanctissimi servi tui, magistri mei Benedicti hunc leprosum dignare emundare, ut, sanitate corporis sui animæque recepta, nomen tuum sanctum collaudet hic et ubique. Confestim itaque sanitati redditus, benedicere cœpit et laudare Deum, qui tanta mirabilia per beatum Placidum ostendere dignatus est.

AUCTOR E
PSEUDO-
GORDIANO.

E

39 Hæc dum ad notitiam cunctorum pervenissent, quidam vir diutino languore vexatus, ad Sanctum Domini venit, prociensque ad pedes illius, cum lacrymis dicebat: Credo, Pater sanctissime, quia, tuis sanctis intervenientibus meritis; in recipienda sanitate Deus petitioni meæ dabit effectum. Pater autem sanctissimus pro eo orationem ad Dominum fundens, sanitati restituit: et qui semivivus venerat, cunctis mirantibus, incolumis rediit. Non solum vero ibi, verum et per omne itineris spatium ad laudem et gloriam sui nominis multas virtutes operari dignatus est Dominus Jesus Christus per beatum Placidum, meritis et orationibus beatissimi Benedicti magistri sui intervenientibus. Cæcis namque visum reddebat, surdis auditum, exinanitis et stolidis rectum sensum, claudis gressum restituebat, dæmones effugabat, leprosos mundabat, omnibus infirmitatibus subveniebat. Ob quam rem Deum in omnibus glorificantes, beati Placidi merita magis præconiis extollebant, dicentes: Benedictum sit nomen Domini gloriosum a sæculo et usque in sæculum, qui per sanctissimum servum Placidum, beati Benedicti discipulum, tales ac tantas virtutes operari dignatus est.

unde tandem,
sequentibus
ipsum

F

40 Donatus præterea, ejusdem beati Placidi famulus, dum sollicite, quæreret navem, cum qua posset in Siciliam navigare, obvium habuit quemdam clericum, mutum et surdum, nomine Siconem, inauditis ac flebilibus morbis laborantem, cui ex auribus putredo cum vermibus profluebat. Hic, quamvis auditum et loquelam in infirmitate amisisset, scientia tamen agnoscendi et videndi quam maxime vigeat, et ea, quæ ad corporis sustentationem congrua erant, nutibus et indicibus exposcebat. Quem cum Donatus i tanto infortunio depressum et aggravatum vidisset, eos, qui cominus stabant, ex re tantæ calamitatis inquit. Dictumque est ei, quia loquelam et auditum vi longæ infirmitatis amisit. Hæc Donatus a civibus dum verba cepisset, calamitatem ejus miseratus, ad Virum Dei illum perduxit, atque ad pedes ejus projiciens, rem, prout erat, per ordinem pandit. Ipse namque Servus Domini tunc residens lectioni operam dabat,

ubique signis,

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

* plasmasti

Messanam
peruenit,
k l

* cui

dabat, cumque a civibus et clericis, qui ad eum visitandi gratia venerant, rogaretur, et pro eodem languido omnipotentis Dei exoraret clementiam, surgens paulisper intra se Dominum rogavit, dehinc conversus suas manus super caput infirmi posuit, dicens: Domine Deus omnipotens, qui hominem de limo terræ psalmasti, et inspirasti in faciem ejus spiraculum vitæ, qui dedisti ei dignoscendam boni et mali, tu, Domine, per orationes et merita sanctissimi patris nostri Benedicti, et omnium monachorum, qui sub ejus magisterio famulantur, dignare adesse nobis, et per nos humillimos et peccatores, servos tuos, occurrere huic famulo tuo, conferendo ei sanitatem, ut omnes videntes et audientes dent gloriam nomini tuo sancto, quod est benedictum ante omnia sæcula, et benedicatur nunc et per infinita sæcula. Cumque omnes, qui aderant, respondissent, Amen, illico solutum est vinculum linguæ ejus, et aperta sunt et sanatae aures illius, et audiens planissime loquebatur sine offensione, laudans et benedicens Deum et patrem sanctissimum Benedictum.

41 Alio vero die valefaciens beato Sisinio episcopo, navem conscendit, transfretansque Farum *k*, Messanam / Siciliae devenit ad urbem. Cumque descendisset ad terram, Gordianum, famulum suum, direxit ad civitatem, mandans, ut Messalinum, civem Romanum, Tertulli patris sui amicissimum, ad se vocaret, erat enim ditissimus. Quem ubi invenit, ad littus maris, ubi sanctus Domini Placidus morabatur, secum adduxit. Videns autem Messalinus beatum Placidum juxta maris littora stantem, formamque ejus vultui Tertulli patris ipsius assimilantem, ego, quo *l* insederat, descendens, ad pedes ejus cecidit. Quem sanctissimus Placidus a terra elevans, osculatus est eum atque benedicens, rem, propter quam a sanctissimo patre Benedicto directus fuerat, per ordinem pandit. Messalinus vero beatum Placidum diutius complexans, et ad pectus suum adstringens, lacrymas quoque invicem præ gaudio fundentes immorati: deum quoque idem Messalinus Gordianum et Donatum famulos ejus deosculans, apprehendens iterum dexteram beati Placidi ac diu osculans, cum ingenti honore duxit ad domum suam, et repleta est omnis civitas Messana gaudio super adventu ejus. Messalinus autem, dum in domo sua cum beato Placido resideret, et nonnulla de his, quæ ad æternam vitam attinent, ab ipso audiret, requisitus ab eodem Servo Domini est de possessionibus ac portibus, de servis et ancillis, quæ ipse una cum Tertullo patre suo in perpetuum possidenda beato Benedicto tradiderat. Desiderabat enim videre singillatim loca, in quibus possessiones erant. Rogavit etiam, ut adventum suum omnibus amicis Tertulli patris sui notificaret, necnon servos et ancillas, quos ibi habebat, ostenderet; procuratores quoque, quos jam dictus genitor suus super easdem cortes præposuerat, ad se accersiri jussit. Messalinus vero, Metellum filium suum evocans, præcepit, ut cum uno ex servis suis cortes et possessiones Tertulli patricii percurreret, et earumdem cortium procuratores ac portuum custodes cum amicis jam dicti patricii ad beatum Placidum duceret. Qui paternis jussis obtemperans, uno tantum servo assumpto, ascensis equis, quæ sibi injuncta fuerant, implere sollicitè cepit.

42 Illucescente vero die, beatus Placidus Messalinum evocans, dixit ad eum: Non decet,

monachum in domibus laicorum stationem habere; quia contrarium est omnibus modis Ordini nostro. Quapropter, si vestra nobilitati non habetur contrarium, eamus, et provideamus locum in possessionibus patris mei, in quo monasterium construere valeam, non edificare enim supra fundamentum alienum decrevi. Veniensque post hæc ad portum maris, invenit locum habilem ad monasterium construendum, et cum baculo, quod manu gestabat, designavit locum, in quo Oratorium Baptistæ Johannis, in quo domum suam et omnis monasterii officinas construere valeret. Posthæc beatus Placidus, conversus ad Messalinum, dixit: Præpositus istius portus Messanæ civitatis ubi est, et quo nomine nuncupatur? Et Messalinus: Hic, inquit, prope est; de nomine autem, unde interrogasti, scias, quia Pompeius Cilius appellatur. Tum Sanctus jussit illum vocare ad se; qui, dum venisset, cecidit ad pedes ejus. Quem beatus Placidus e terra elevans, præcepit, quod de pretio, quod de portu acceperat, construeret domum, in qua ipse cum suis habitaret, simul etiam et ecclesiam ad honorem beati Baptistæ Johannis, in qua die ac nocte omnipotenti Domino deserviret. Et dixit ad illum: Tuum volo, ut sit, artifices in hoc loco ad operandum, ubicumque eos per totam Siciliam inveneris, adducere, necnon servos et ancillas ad lapides et quæque necessaria sunt, comportanda adunari, ut hoc opus ipsum celerius possit expleri, maxime tamen domus, in qua habitare valeam. Et ut hæc omnia citius fiant, omnes præpositos portuum et procuratores cortium tanto labori interesse, volumus, dando sumptus et quæque necessaria sine dilatione aliqua. Filium vero tuum vice tua super portum præpone: tu vero insta fabricæ, ut cito possit expleri. Præcepitque, ut de redditibus cortium, et de censu portuum pecuniam Romam ad columnas et epistylia emenda transmitteret. Designavit etiam coram Pompeio Cilio, in quo loco dormitorium, refectorium, coquina, cellarium et omnes monasterii officinæ construerentur.

43 Congregatis itaque quampluribus artificibus, jactisque in Christi nomine fundamentis, cæptum opus certatim et sine intermissione perficiebatur. Primo namque ibi domum, in qua beatus Placidus maneret, amplam satis extruxerunt. Messalinus autem interdiu aptissimam mansionem beato Placido assignavit, in qua libere posset solus sedere, legere et orare. Cibos vero afferbant ei et suis servi illius, et omnes amici patris ejus. Idem quoque Messalinus cum familia sua sequestratus in alia domo manebat. Pompeius autem Cilius, juxta quod sibi beatus Placidus imperaverat, vice sua posuit super portum Messanæ civitatis filium suum, nomine Pillium Vitellium, juvenem prudentissimum, sapientia et bonitate multa pollentem.

ANNOTATA.

a *Veteris Sannii urbs, olim episcopalis, nunc archiepiscopalis ab anno 969.*

b *Actum de illo est tom. II Jun. ad diem 44 ejusdem mensis, atque observatum, mentionem illius non reperiri hac antiquiore.*

c *Alias, inquit Mabillonius, Maro.*

d *Apuliæ civitas olim episcopalis, nunc Barensi archiepiscopatu unita.*

e *Hujus cum S. Benedicto familiaritas liquet*

ex

D
ibique condendo S. Joanni Baptistæ monasterio

E

manum admoet.

F

A *ex Gregorio Magno lib. II Dialogorum cap. 15. Sed illum anno 536 Canusii reperire non potuit Placidus, nimirum Constantinopoli tunc procul absentem, ubi Apostolica Sedes legatum agebat. Error est, qui in testem corum, quæ narrat, oculatum, certe non cadit. Vide num. 119.*

f *Id est laudibus.*

g *Calabriæ, qua Siciliam respicit, civitas episcopalis.*

h *Qua de causa Sisinnius hic, et ab Ughello Sanctus dicitur, non novi.*

i *De illo sermo recurret infra in Annotatis in caput 5 lit. e.*

k *Maris Siculi pars, eam Calabriæ partem, in qua Rhegium, a Sicilia dividens.*

l *Siciliæ civitas, nunc archiepiscopalis.*

CAPUT IV.

Messanæ prodigiis et vitæ sanctitate floret.

B *S. Placidus* **Q**uadam vero die, dum a constructione monasterii ad domum suam, quam sibi Messalinus commodaverat, sanctus Domini Placidus rediret, obvium habuit quemdam cæcum, nomine Silvium, natione Romanum, qui plorando lumen amiserat, et per decem et octo annos penitus non viderat. Illo namque tempore omnes, qui insulam Siciliæ habitabant, incolæ Romanorum erant *a*. Puer autem, qui cæco ducatum præbebat, Placidum, patrem sanctissimum, venientem prospiciens, dixit ad eum: Ecce sanctus Domini Placidus, beati Benedicti discipulus, nuper ab Italia veniens, de quo per totam Siciliam rumor exivit, jam appropinquat. Cæcus autem, ex ore pueri talia dum verba audisset, cœpit clamare voce magna, dicens: Adjuro te, Placide, beatissime serve Dei, per crucem Domini nostri Jesu Christi et sanguinem illius pretiosissimum, quem pro salute humani generis fudit, ut digneris pro me intercedere ad Dominum, ut reddat mihi lumen oculorum meorum, quod plorando amisit, quia per decem et octo annos omnino lumen cæli videre non potui. Idipsam Messalinus cum famulis suis, et *a* alii quamplures, qui una cum eo ad civitatem redibant, exorabant. Tantis itaque vir Domini Placidus supplicationibus motus, substitit, jussitque, cæcum adduci ad se. Et, dum venisset, posuit manum super caput ejus, orans intra se parumper. Completa oratione, sacrosanctum Signum super oculos ejus faciens, et manus suas super eum imponens, cunctis audientibus, dixit: Domine Jesu Christe, qui es lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum, qui cæcum a nativitate illuminasti, et dedisti ei lumen, quod natura negaverat, tu illumina oculos istius cæci ad gloriam et laudem tui nominis, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen. Statim vero aperti sunt oculi ejus, et ita acutissime cœpit videre, ac si infantulus esset. Hi vero, qui aderant, hæc videntes et audientes, procidentes in terram, benedicebant et glorificabant Deum, patremque sanctissimum Benedictum digna extollebant veneratione. Diffamatum est hoc miraculum per universam Siciliam, ita ut ex omni insula agroti et languidi coadunati ad eum perducerentur.

45 His quoque diebus quidam vir a dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabat. Rogatus itaque vir Domini Placidus, ut pro eo omnipotentis Dei exoraret clementiam, jussit, eum ad se attrahi, et stans, super illum orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, qui mundum, diabolica fraude seductum, de ejus potestate liberasti, qui regnum illius destruxisti, per intercessionem dilecti servi tui Benedicti, magistri nostri, hunc hominem ab hac dæmoniaca vexatione dignare mundare, ut videntes nomen tuum sanctum collaudent in sæcula sæculorum. Cumque circumstantes respondissent, Amen, vir Domini Placidus signum Crucis contra vexatum faciens, immundum spiritum ab eo effugavit. Hi vero, qui præsentem erant, cœperunt laudare Deum, qui per sanctissimum Placidum, Beati Benedicti discipulum, tam insigne dignatus est, operari miraculum. Igitur cum fama per Siciliam exisset, quod esset in eadem provincia Placidus, beati Benedicti discipulus, qui agrotantibus manus imponit et sanantur, cæcis reddens visum, surdis auditum, claudos erigens, dæmones fugans, et omnes infirmitates curans: ex tota Sicilia, necnon etiam de Africa convenientes, omnes infirmantes in unum congregaverunt, rogantes, ac per patris Benedicti nomen Placidum attestantes, ut illis sanitatis gratiam impetraret a Domino. Sanctus autem Domini tantis calamitatibus condolens, simul etiam et fidem admirans oravit sic: Domine Jesu Christe, qui magistro meo Benedicto dedisti potestatem apud te impetrandi, quod vellet, tu per ipsius sanctam intercessionem omnibus languoribus istis salutem conferre dignare, ut, sanitate percepta, laudem referant nomini tuo sancto. Et dum responsum fuisset, Amen, sani effecti sunt, laudantes et glorificantes Deum *b*. Quanta etiam miracula per beatissimum Placidum illis temporibus Dominus Jesus Christus operari dignatus sit, enarrare ea omnia valde longum esset, de quibus tamen aliqua dicemus.

46 Dum enim in civitate Messana maneret, et Messalinus cum amicis juxta eum resideret, quidam viri eidem Servo Domini paralyticum quemdam ita afflictum obtulerunt, ut nequiret quis discernere compages membrorum. Rogante vero Messalino et his, qui præsentem erant, pro eo, vir Domini Placidus, oratione facta, contrectansque dissolutus actus *, dixit ad eum: In nomine Domini nostri Jesu Christi, Filii Dei vivi, cujus virtute universa consistunt, adjutus meritis sanctissimi magistri nostri Benedicti, surge sanus et incolumis, et perage opus tuum. Statim itaque ad ejus jussionem consurgens, benedicebat Deum et patrem sanctissimum Benedictum. Quod miraculum videntes Siculi, benedicebant Dominum nostrum Jesum Christum, qui tantam gratiam diligentibus se conferre dignatus est.

47 His quoque diebus quidam Siculus ad *Siculus pariter* Virum Domini venit, rogans et multa prece deposcens, ut sodalem suum, ex multo jam tempore paralysis languore detentum, sua visitatione sanaret. Obsecrante itaque eo una cum his, qui præsentem aderant, ad lectum agrotantis accedere studuit, orationemque ad Dominum fundens, ait: Domine Jesu Christe, altissimi Patris Filii, qui paralyticum in lecto jacentem solo verbo curasti, tu per intercessionem dilectissimi servi tui Benedicti, magistri nostri, hunc paralyticum a lecto doloris absolve, quatenus

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.
inter mira-
cula,

E

b

quæ apud

F

* artus

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO

tenus curatus a tanto languore, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actionem. Completa oratione, signum Crucis super eum faciens, de lectulo consurgere iussit. Confestim is, qui prius nequaquam propriis viribus præ ægritudine et dolore surrexerat, ad Placidi præceptum sanctissimi surrexit incolumis. Omnes autem, qui aderant, tanto perculti miraculo, magnificabant Deum, facientem mirabilia solum, cœperuntque ei certatim infirmos offerre, quos ille signans et benedicens, incolumes reddebat.

et numero
plurima,

48 Eodem quoque tempore quidam vir, a dæmonio obsessus, ad beatum Placidum adductus est, cuius virtutem ut sensit hostis nefandus, clamare cœpit per os ejus, dicens: Quid est, Placide? Animadvertis, quod ipse sim, quem superatum esse, paulo ante gratularis? Sanctus autem Placidus, conversus ad vexatum, dixit: Dominus meus Jesus Christus, Filius Omnipotentis, cui omnis creatura cœlestis et terrestri obtemperat, ipse tibi in virtute Sancti Spiritus, per intercessionem sanctissimi patris nostri Benedicti, imperet, execrabilis dæmon, ut exiens recedas ab hoc homine, et ulterius non habeas potestatem introeundi in eum. Confestimque ab homine exiens strepitum immanem et terrificum dedit. Hi autem, qui spectaculo aderant, in stuporem conversi, benedicebant Deum. Quidam vir, mentis depressus insanam, cum ad Sanctum Domini perductus fuisset, orationem super eum faciens, benedictionem dedit, sicque perditæ mentis effectus est particeps, ac si dementia nullo unquam tempore perpessus fuisset. Reversus vero ad patriam, sonora voce patris Benedicti merita et beati Placidi præconia modis omnibus prædicabat.

et qualitate

49 Tunc temporis duo cæci, audita fama miraculorum sancti Viri, dixerunt ad invicem: Cur exterioribus tenebris obcæcati, interioris hominis lumen perdidimus? Quicumque enim languidus ad beatum Placidum accedit, sanus abscedit, et nos torpentes desidia in tenebris remanemus. Eamus itaque ad Virum Dei, quatenus per ejus sanctam intercessionem donet nobis Dominus Jesus Christus gratiam suam. Hæc dum inter se collocuti fuissent, propinquo adminiculo fulti, ad patrem Placidum pervenerunt. Hos sanctus Pater ut vidit, illorum cæcitati condolens, elevatis in cœlum oculis, dixit: Domine Jesu Christe, Fili Dei, qui cum Patre et Spiritu Sancto in principio cuncta creasti, qui cæci nati oculos aperuisti, qui mundum, in peccati cœno et in tenebris et in umbra mortis jacentem, tua potenti virtute erigens, ad veræ lucis splendorem reduxisti, intret oratio mea, piissime, in conspectu gloriæ tuæ, inclina ad me aurem tuam, et exaudi me, et per suffragia dilectissimi servi tui, patris nostri Benedicti, his lumine privatis visum restitue, ut tuum sanctum nomen benedicere valeant per omnia sæculorum sæcula.

illustria

50 Cumque hi, qui præsentés erant, respondissent, Amen, exaudivit Dominus de templo sancto gloriæ suæ Servum, cæcisque suum lumen restituit clamantibus et dicentibus: Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo et usque in sæculum, et benedictum nomen gloriæ suæ sanctum, qui percutit et sanat, vulnerat et medetur, qui illuminavit nos orationibus sanctissimi Benedicti per beatissimum Placidum discipulum ejus. Sicque gaudentes et exultantes cum benedictione sancti Viri ad sua reversi sunt.

Nullus namque in Sicilia et Africa et in toto Oriente inveniebatur præter Placidum, qui plus inter homines miraretur. Et sicut inter multas gemmas pretiosissima gemma micat, et jubar solis parvos stellarum igniculos obruit et obscurat; ita in Oriente et Meridie cunctorum virtutes et potentias Placidus solus suis virtutibus superavit. Minimum namque se faciebat inter omnes, ut omnium major esset, et quanto plus se dejiciebat, tanto magis a Christo sublevabatur. Omnibus namque erat clementissimus, omnibus bonus; nihil animo ejus clementius, nihil humiliter, nihil blandius fuit. Flebat, ut semper gauderet; despiciebat, ut semper amaret; fugiebat laqueos contritos, ut fontem inefficientem reperiret.

51 In talibus itaque exercitiis vir quidam dæmonis infestatione quatiebatur, quem ante Placidum quoque variis dæmon tunc torquere cruciatibus cœpit: ululabat luporum more, latrabat ut canis, fremebat ut leo, sibilabat ut serpens, mugitum dabat ut taurus, rotabat caput, et post tergum terram vertice tangebatur. Miserebatur super tanto vexati infortunio Placidus, et lacrymas fundens, Dei omnipotentis clementiam deprecari cœpit, dicens: Domine Deus, cunctorum restaurator, vitæ protector et portus qui hominem ab antiquo hoste obsessum, tuo pretioso sanguine liberasti, tu per intercessionem magistri nostri Benedicti dæmoniacum virus ab hoc servo tuo expelle, ut, pristinae sanitati redditus, sanctum et venerabile nomen tuum glorificare valeat. Ad hanc itaque precem vexatus, sanus effectus, laudare cœpit et benedicere Deum.

52 Hisdem porro diebus quidam vir omnium membrorum officio fuerat destitutus, adeo ut numquam absque magno dolore manum ad os ducere, vel ad ambulandum pedes movere valeret, quoniam durius natibus adjuncti tenebantur, eratque ei mors ipsa vitalis, quia in corpore ejus, velut in quodam vasculo, intrinsecus latebat anima. Qui dum ab affinis ad sanctum Domini Placidum perductus fuisset, eumque suppliciter poscerent, quatenus pro ejus liberatione Jesu Christo Domino preces fundere dignaretur; illorum Sanctus acquiescens postulationibus, ait: Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui es lux vera, salus, decus et vita generis humani, qui contractos restauras, et restaurando conservas, qui elisos erigis, qui compeditos solvis, tu per ineffabilem misericordiam tuam restaura, repara ac consolida hanc creaturam tuam, quam de diaboli laqueis liberasti, ut videntes mirabilia tua nomen tuum sanctum benedicant in sæcula. Expleta oratione, signum Crucis super debilem faciens, dixit: Sanat te Dominus Jesus Christus, qui dignatus est curare paralyticum in lecto jacentem. Mirabilis Deus in Sanctis, qui glorificantes se in sua præcepta servando glorificat, et in momento exaudit. Nam ad verbum Viri Dei sanitati restitutus, laudem decantare cœpit omnium Redemptori. Populi autem, qui ad spectaculum venerant, hoc videntes, ingenito Patri et unico Genito simulque Flamini sancto perennem gloriam et laudem decantare cœperunt. Sanctus autem Domini Placidus, licet tanta per Christi Domini gratiam patraret prodigia, tanta exerceret undique ad se venientibus stupenda miracula, a constructione monasterii sui nequaquam cessabat.

53 Die autem trigesima Metellus, filius Messalini

Messanensi
monasterio
perficiendo
intentus.

A salini cum servis suis, simulque cum præpositis portuum omnium et procuratoribus cortium et multitudine amicorum Tertulli patricii ad beatum Placidum veniens, pecuniam infinitam secum deferens, sancto Domini Placido obtulit. Quam accipiens, ad patrium solum, id est, ad urbem Romanam direxit, ex qua columnas et epistylia emit, quæ, cum in Siciliam delatæ fuissent, locari jussit in ecclesia, quam tunc construebat in honore sancti Baptistæ Johannis. Cum villicis autem et præpositis portuum, et procuratoribus cortium diu multumque est locutus, et, ob quam rem ad partes illas a sanctissimo magistro suo Benedicto directus fuisset, retulit, reddideruntque singuli rationem villicationis suæ de cortibus et portibus Tertulli patricii, patris sui, quas tenuerant. Post hæc omnibus in commune præcepit, ut sine fraude et dolo aliquo et absque qualibet dilatione quotidie impenderent, quicquid sibi et suis in cibo, potu atque vestitu vel in cœnobii constructione necessarium esset, dixitque ad eos: Ego veniam visere vos, et omnes possessiones, quas pater meus in hac provincia tenuit, ideoque ita agite, ita studete, ut nostram gratiam obtinere possitis. Hoc scientes indubie, quia, si me scandalizaveritis, scandalizabimini. Hæc cum dixisset, cum benedictione sancti Viri redierunt unusquisque in sua.

nec minus austeritati vitæ,

54 Ipse autem Pater sanctissimus ea, quæ a magistro suo Benedicto didicerat, modis omnibus implere satagebat. Refulgebat sane doctrina pietatis in eo, dilatabaturque sanctæ conversationis doctrina, agrum serendo justitiæ. Unde factum est, ut per beatum Placidum ac Discipulos ejus, patris Benedicti et Cassinensis cœnobii veneranda religio per totum orbem terrarum diffusa sit et diffamata. Idem vero sanctus Domini Placidus, Spiritu Sancto repletus, sine intermissione castigabat sanctum corpus suum, et in servitium omnem redigebat, ut membra, quæ sunt super terram, mortificaret. Sermo vero ejus aliud non erat, quam mundi hujus delicias spernere, onera orbis relinquere, ut Jesum Christum, Dei Filium, libere sequeretur, memorans illud, quod Dominus locutus est:

c

» Nisi quis renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus c. » In sermone autem ejus quanta gravitas, quanta modestia erat, enarrare quis valeat? Orationi et lectioni solus quotidie insudabat, ac sæpe et multum, cum meditationi inserviret, lacrymis fluebat; habebat enim spiritum magnæ compunctionis, non diebus, non noctibus a colloquiis divinis et psalmodia cessabat, omni tempore Quadragesimalem vitam ducens, vinum numquam bibens. In Quadragesima Dominico die, tertia et quinta feria, pane tantum et aqua contentus erat, et aliis diebus nihil omnino recipiens.

virtutisque incumbens,

55 Cilicio semper ad carnem usus est, et, cum fatigatus esset ab oratione seu a genuflexione, sedendo potius, quam jacendo somnum capiebat. Nemo illum unquam aliquando vidit in aliquo actu commotum, sed semper honestum, humilem, gravem, mansuetum, benignum, nemini nocentem, nemini invidentem, nemini, quod malum est, querentem: erat enim omni hora gratia Dei plenus. Numquam aliquando alicui homini locutus est, nisi necessitas coëgisset, aut fratrum affectio, seu bonorum hominum, vel pauperum, aut cum mona-

sterii necessitas exposceret, semperque spiritus ejus in Deo positus erat. Sed in omnibus virtutibus in quibus eum perfectissimus magister suus Benedictus instruxerat, de die in diem proficiebat atque crescebat; non æqualem se aliorum ducens, sed ultimorum omnium servum. Jam vero de ejus quid dicam clementia? Nil enim menti ejus carius fuit, quam potentem pauperi non præponere. Si pauperem videbat, sustinebat; si divitem, ad benefaciendum hortabatur, illud prædicans Evangelicum: « Qui habet duas tunicas, det non habenti; et, qui » habet escas, similiter faciat d » ut cælorum regnum accipere valeat. Ibat autem frequenter ad operarios, qui cœnobium et ecclesiam construebant, ad portum quoque maris et cortes patris sui visendas, sique demum revertebatur ad domum, quam sibi accommodaverat Messalinus.

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

d

56 Quarto vero anno e, postquam in Siciliam sanctus Domini Placidus venerat, monasterium omne una cum ecclesia sancti Baptistæ Johannis satis decenter in omni constructione perfectum, atque ab episcopo ejusdem Messanæ civitatis ecclesia dedicata est quinto Kalendas Augusti. Rogavit etiam idem Sanctus episcopum f, ut totius monasterii ambitum aqua exorcizata respergeret, et orationem daret, sicque in eum Sanctus Domini ingressus est cum suis ad habitandum. Cæperunt deinde nonnulli mundum relinquere, et sub beati Placidi magisterio cordis cavices * edomare. Intra breve namque temporis spatium triginta fratres in eodem loco ad omnipotentis Dei servitium congregati sunt.

quadriennio
illud absol-
vit.

e

E

f

* cervices

57 Post hæc oblatus est eidem servo Domini Placido quidam energumenus, qui diutius satanæ laqueis irretitus, dire affliciebatur. Quem cum Vir Dei ita attritum vidisset, ejus calamitati compatiens, orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, lux vera, qui es pius, clemens et misericors, expelle a figmento tuo per intercessionem sanctissimi magistri nostri Benedicti inimicum sævientem, ut a laqueo insidiatoris ereptus, laudem dicat nomini tuo sancto. Qui, cum orationem complisset, signum Crucis contra vexatum faciens, antiquum hostem ab eo protinus effugavit. Igitur quia longum esset evolere, quanta per eum Dominus operatus est, ad ejus gloriosissimam passionem exarandam veniamus.

ac novum
prodigium
patrat.

F

·ANNOTATA

a *Siciliam Justinianus per Belisarium Gothis eripuerat ab anno 535.*

b *Non dubium est, quin hic miracula S. Placido Actorum scriptor attribuat sane liberalius, quam veritas patiatur.*

c *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus discipulus. Luc. 14, v. 33.*

d *Luc. 3, v. 11.*

e *Ex auctoris calculo, anno 540.*

f *Qui Capuanum, Beneventanum, Canusinum et Reghiensem episcopos suo nomine expressit, videtur hic Messanensis episcopi nomen siluisse ex ignorantia, quod dici de Gordiano nequit. Consule num. 124 Comment. prævii.*

CAPUT

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

CAPUT V.

S. Placidum Fratres et Soror invisunt: irruentes in monasterium Saracenum in Monachos, tum in Hospites sæviunt.

Eutychem, Victorinum et Flaviam, apud S. Placidum hospitantes,

Per idem tempus dum in Urbe fama crevisset, quod sanctus Domini Placidus a venerabili patre Benedicto ad monasterium construendum, et cortes ac possessiones Tertulli, patris sui, retinendas, in Siciliam directus fuisset, et quia in cœnobio, a se constructo, triginta jam Fratres sub patris sui Benedicti regula aggregasset: Euty chius et Victorinus, germani ejus, quorum superius memoriam fecimus, una cum sorore sua Flavia virgine, Placidum fratrem vivendi desiderio ducti, et in ejus amorem ultro modum accensi, ex consilio parentum suorum urbem Romam egredientes, navem conscendunt; dantesque carbasa ventis, Siciliam adeunt, et ad portum civitatis Messanæ applicantes, classem in littore solvunt; descendentesque de navi, ad sancti Johannis cœnobium tendunt, videntesque Fratrem, repleti sunt gaudio magno. Et primo quidem non cognoverunt eum, ob id scilicet, quia, ex quo beato Benedicto oblati sunt, illum ulterius non viderant: et post tanti temporis spatium vir factus, et monachali habitu indutus, atque præ nimia abstinentia ac enormitate vigilarum et orationum, corpore tabefactus et annihilatus erat. At ubi per indicia agnoverunt eum, in oculis ejus ruentes, et se diutius complexantes, ob nimietatem amoris et gaudii in fletum maximum proruperunt. Post hæc cum omnia monasterii habitacula perlustrassent, ac convenienter constructa laudassent, aliquantis diebus apud beatum Placidum, fratrem suum, remorari decreverunt.

nocti irruens in monasterium Mamucha,

a b c

d

C 59 Eodem tempore apud paganos *a*, qui in Hispania inhabitabant *b*, Abdala *c*, impiissimus Christi insectator et hostis, regnum administrabat. Hic Christianæ religionis culturam funditus de terra eradere, et Molochi templum et Luciferi culturam augere cupiens, centum navium expeditionem congregavit, et super eas quemdam crudelissimum Agarenum, nomine Mamucha, duces præficiens, contra Romanum direxit imperium, mandans, ut civitates et castra igni cremaret, ecclesias destrueret, Christianos ad dæmonum Molochi, Rempham et Luciferi *d* culturam compelleret, non consentientes diversis suppliciis enecaret. Cujus ille imperio parens, cum plurimam stragem nostrorum dedisset, post aliquantos dies, in quibus Euty chius, Victorinus et Flavia virgo ad beatum Placidum venerant, cum Fratres nocturnalem synaxim in ecclesia decantarent, jam dictus Mamucha in navibus cum paganis sexdecim millibus octingentis adveniens, fores monasterii confringi, et omnes in vinculis jussit adstringi. Quod dum factum fuisset, Gordianus jam dictus, qui cum beato Placido a Cassinensi cœnobio ad Siciliam venerat, cum esset juvenis, per quamdam posticam domus aufugiens evasit; Donatus vero,

qui jam senio affectus erat, absque aliqua interrogazione capite truncatus est *e*.

D 60 Sanctus autem Placidus una cum fratribus suis Euty chio, Victorino et Flavia virgine, Fausto, Firmato *f* diacono, simul etiam cum Monachis triginta, catenis vinctus, Mamuchæ aspectibus præsentatur. Quem truculentus arbiter ut vidit, dixit ad eum: Qui vocaris? Sanctus Placidus respondit: Christianus sum. Dux dixit: Nega Christum tuum, et dic in eum convicia, et juxta ritum invictissimi regis nostri Abdalæ Deum adora, et dimitto te. Sanctus Placidus respondit: Ego Dominum Jesum Christum numquam negaturus sum, et pro ejus nomine mori desidero. Dux vero, adhæc sæve indignans, dixit ad Euty chium et Victorinum, Flaviam, Faustum, Firmatum diaconum et reliquos triginta: Vos quid dicitis? Obtemperabitis præceptis excellentissimi regis Abdalæ, ut Christum relinquentes, Deum nostrum adoretis? Sancti autem Martyres quasi ex uno ore dixerunt: Quod in animo insidet vestro, perficite. Unus enim nobis animus est, una fides, unus ordo vivendi: quapropter ea, quæ a primo audisti, ab omnibus dictum esse, putate. Pro amore namque Christi parati sumus animam ponere.

e una cum Placido et perisque monachis,

f

dire casos, carceri mandat,

E 61 Ad horum itaque Martyrum fama dux Mamucha vehementer iratus, jussit sanctos Dei Placidum, Euty chium, Victorinum ac virginem Flaviam cum reliquis Sanctis expoliari, et gravissime fustibus cædi, dicens: verba verberibus cedant. Sancti vero Martyres exultabant et gaudebant in Domino, quoniam digni habiti sunt pro nomine ejus verberum supplicia pati. Videns vero impiissimus dux, quod jam in extremis essent, dixit ad eos: Dicite, morti destinati, si relinquere vultis Crucifixum, an perire decrevistis? Sancti Martyres dixerunt: Nos, Dominum Jesum Christum verum Deum esse, corde credimus, ore confitemur, et ab ejus cultura numquam recedemus. Fac, quod vis, Christiani sumus. Stupefactus ad hæc crudelissimus arbiter, dixit ministris: Iterum flagellentur, crudelissime torquantur, verbera verberibus addantur, forsitan respicient hi, qui in errore decreverunt permanere. Ministri itaque juxta ducis imperium flagellantes et torquentes eos, clamabant dicentes: Negate Christum vestrum, negate. Sancti autem, dum torquentur, rogabant Dominum dicentes: Domine Jesu Christe, Fili Dei, libera nos ab omni tentatione, et ab scandalis operantium iniquitatem. Dux vero, ad Martyrum tolerantiam permotus, præcepit, ut, manibus a tergo ligatis, et compediibus vincti, includerentur per septem dies, et neque panem neque aquam eis dari, ut deficerent, procastinans eorum interitum, si forte plagis corporalibus fatigati, ejus nefandis jussionibus obtemperarent. Sanctus autem Domini Placidus, in tanto supplicio constitutus, non diebus neque noctibus a colloquiis divinis et oratione cessabat.

f

et post aliquot dies fustibus iterum,

F 62 Dum hæc agerentur, tempestas magna in mari exorta est; barbari vero ob aëris incommoditatem, dum ad Hispanias se remeare non posse, perspicerent, ira permoti, circumquaque cuncta igni ferroque deleverunt, et adulteria ac innumerabilia mala in ecclesiis et in hominibus committentes, et viros ac mulieres ob Christi fidem trucidantes, civitati Messanæ ineffabilia mala intulerunt, sanctosque Dei martyres Placidum, Euty chium, Victorinum et virginem Flaviam

A viam cum Sociis in terram suam transferre decreverunt. Itaque, dum maris inclementia viam illis obrusisset, videntes, sanctum Placidum cum Sociis absque cibo et potu Christo gloriam ferre, mirati sunt, cursuque concito ducis tentorium adeuntes, quæ acta et dicta fuerant, per ordinem pandunt. Qui, belluina rabie accensus, jussit, sanctos Dei Martyres per singulos dies acerrime fustibus cædi, et sine aliquo cibo vel potu dimitti. Et dum cæderentur, clamabant pagani: Negate Christum, et dicite in eum convicia, et dimittemini. Sancti autem Martyres, quasi ex uno ore, dixerunt: Neque Christum Dominum nostrum negamus, neque convicia in eum, qui Creator est omnium, inferimus; facite, quod vobis videtur.

aliisque sup-
plicis tor-
quet:

63 Barbari vero, de Sanctorum constantia ultra modum mirati, cursu rapidissimo ducem adeuntes, rem, prout erat, exponunt. Dux autem, solita inflammatus nequitia, jussit, sanctum Placidum cum Sociis, pedibus versis, suspendi, et flagellis hinc inde crudelissime laniari, et sub capite uniuscujusque fumum horridum subministrari. Quod dum factum fuisset, clamabant more solito contra Sanctos pagani: Negate Christum vestrum, negate. Sancti vero Martyres, paganorum monita velut stercora contempnentes, clamabant ad Dominum, dicentes: Si constiterint adversum nos castra, non timebimus mala, quoniam tu nobiscum es, Domine. Cumque omnes singillatim unus post unum hoc ordine cruciati fuissent, jussit dux Mamucha, dari unicuique Sanctorum pugillum unum hordei crudi ad manducandum, et paululum aquæ ad bibendum *g*. Dicebantque ad Sanctos: Si negaveritis Christum Deum esse, quicquid petieritis, dabimus vobis, et annuerabimini inter primos amicos ducis nostri Mamuchæ, et eritis quasi fratres regis nostri Abdalæ, ac domini in omni regno ejus. Sancti autem fratres Placidus, Euty-chius, Victorinus et sanctissima Flavia virgo, soror eorum, quasi ex uno ore, dixerunt: Si polliceremini nobis, facturos dominos orbis terrarum, non negabimus Dominum nostrum Jesum Christum, qui pro nobis mortuus est et surrexit, ascendensque in cælum, vivos et mortuos et omne sæculum per ignem judicaturus adveniet. Quinimo vos, qui miseria pleni estis, qui aeternæ morti addicti, vos potius credite in Dominum nostrum Christum Jesum, et salvi eritis in aeternum. Dirissimus autem Mamucha, ex beati Placidi ore talia dum verba audisset, ac sæve indignans, jussit, eum cum Sociis carceri tradi.

at Gordia-
nus, qui clam
aufugerat,

64 Nocte vero adveniente, Gordianus jam dictus, qui tempore, quo beatus Placidus captus fuerat, fugiens, evaserat, venit ad eum in carcere, procidensque ad pedes ejus, confortabat eum, dicens: Constans esto, domine mi Placide, et noli timere, quia tecum est manus Domini, qui tibi mansionem in cœlesti regno locavit, lapidibus pretiosis instructam. Si tibi persecutores verbis blanditi fuerint, noli illis adhibere consensum; si aurum vel argentum, aut lapides pretiosos obtulerint, ne accommodes animum, sed potius illum respice, illum intendente, qui fecit cælum et terram, et mare, et omnia, quæ in eis sunt. Nihil enim martyrio laudabilius, nihil excellentius, nihil honorabilius invenitur; quippe cujus adjutor Christus Dominus est, et illi, qui eum diligunt et cu-

Octobris Tomus III.

piunt, immortalitate ac gloria perenni remunerantur. O quam terribilis est, et quam metuendus judicii dies adveniet, in quo juxta Apostolum unusquisque recipiet secundum suum laborem. In quo etiam angeli tremunt, qui non peccaverunt, ac justi terrebuntur, qui Domino placuerunt. Hunc diem Propheta designabat, cum dicebat: «Dies illa dies iræ, calamitatis et miserie, dies tubæ et clangoris, dies magna et amara valde, dies nebulæ et turbinis *h*» plena indignatione, qua cœli magno impetu movebuntur, sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, ac stellæ cadent de cœlo, et virtutes cœlorum movebuntur.

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

h

65 Jam adversus communem inimicum pugnam arripuisti, jam caput serpentis antiqui conculcasti; constantie et fortitudinis arma retine, ut possis tela et jacula ejus scuto fidei repellere, et juxta Apostolum «indue armaturam Dei *i*» vigila strenue, «quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens, quem devoret *k*» cui fortiter in fide persistentes resistere convenit. Diem supremum ante mentis tuæ oculos revoca, nocte simul et die, horis atque momentis, et quam fluxa, quam brevis sit hujus mundi gloria, quam caduca, et quibus ærumnis subjaceat. Adverteque, qualiter illam turbo repentinus auferat, et sedula mente pertracta. Ubi tunc erit sublimium honor et gloria regum? Ubi dives et princeps? Ubi fortes et divites? Ubi tunc erunt, qui ex obliquo egenos despiciebant, et sua locutione indignos censebant? Ubi argentum et aurum? Numquidnam non ceu pulvis præterit, et velut umbra evanuit? Jam recessit, jam transit, ad erebi profunda descendit, in quo vermis impiorum non morietur, et ignis non extinguetur. Ibi tunc potentes potenter tormenta passuri sunt, et fortioribus cruciatus intolerabilis erit: ex quo non educet pater filium, aut filius patrem, nec sodalis erit, qui redimat, neque frater, qui eripiat. Leva cor tuum cum manibus ad Deum, dicens cum Propheta: «Eripe me de inimicis meis, Deus meus, et ab insurgentibus in me libera me *l*» de manibus odientium erue me. Jam pugnare cœpisti, pugna, ut vincas, et coronam immortalitatis accipias.

S. Placidum

i

k

E

b

66 Audiens hæc beatissimus Placidus, gratias egit Redemptori omnium Deo. Deinde conversus ad Gordianum, dixit: Omissis, frater, verborum ambagibus, Vincentem mundum invocemus, rogantes, ut qui dedit velle, donet et posse. Illum enim desidero, illum suspiro, ad illum pergere cupio, cui animam meam devovi, qui me dignum fecit pro suo nomine pati. Et post hæc, Vide, inquit, ut, quicquid erga me evenire prospexeris, in scriptis notifies magistro nostro Benedicto, necnon condiscipulis et consanguineis meis, Mauro et Felicissimo *m*. Ego enim jam delibor, jam alligatus corpore, alligatus et spiritu vadam, quo me duxerit Dominus Jesus Christus. Testis enim mihi est Deus, quia omnibus hominibus puram exhibeo caritatem, rogans Deum omnipotentem, ut nos, in periculis constitutos, sua protectione defendat, et inter procellas et tempestates hujus mundi illesos custodiat, et pacem Ecclesiæ suæ sanctæ quantocius tribuat. Hæc cum dixisset, expansis in cælum manibus, et oculis in altum erectis, oravit ad Dominum, dicens: Unigenite Fili Dei, Verbum incarnatum, protege ac defende Ecclesiam tuam, tuo pretio-

ad constan-
tiam excitat:
F

m

AUCTORE,
PSEUDO-
GORDIANO.

iterat tertio
tormenta
barbarus,

sissimo sanguine redemptam, conserva Cassinensem ecclesiam in sancta religione, meque ad te venire, victo diabolo, jube.

67 Mane itaque facto, dux Mamucha, rabido inflammatus furore, jussit, sanctum Placidum cum Sociis suis sibi presentari. Cumque ante impiissimum ducem, manibus retro ligatis, presentati fuissent, indicto silentio, dixit: Testes invoco deos, excellentissimumque omnium Luciferum, quia nec interrogatione dignos vos nostra excellentia judicavit. Hinc autem, non ut criminis obnoxios, sed ut fratres, vos alloquor, ut deponentes pertinaciam vanæ superstitionis, acquiescatis salutaribus monitis, obtemperantes præceptis regis nostri Abdalæ, et magnificentum prophetam nostrum Moloch venerantes. Hoc si feceritis, hujus vitæ gaudiis feliciter fruimini, et dabimus vobis infinitas possessiones et uxores; quod si non feceritis, diversis suppliciis interibitis. Sancti Martyres dixerunt: Neque nobis blandimentis suadere poteris, nec minarum asperitibus terrorem incutere valebis. Tunc nefandus arbiter, furore et ira magna accensus, jussit, sanctum Placidum cum Sociis suis expoliari, et fustibus cædi, et membris omnibus crudelissime torqueri. Cumque ministri iniquitatis ducis jussa perficerent, Gordianus cum omnibus Christianis, qui ducis Mamuchæ manus evaserant, cum fletu ingenti clamabant: Domine Jesu Christe, martyrum fortitudo et palma, veni in adjutorium Placidi, servi tui, in hujus agonis discrimine constituti: et hoc diebus ac noctibus postulabat, sine intermissione pro eo lacrymarum et orationum hostias Domino immolans.

et inhumane
niter

68 Idem autem sanctus Domini Placidus, cum a paganis ultra modum cum Sociis cruciatus fuisset, jussu sævissimi ducis a suppliciis amotus est, et beatissima virgo Flavia, incredibili decore micans, tribunalibus est presentata. Quam truculenta bestia dum perspexisset, dixit ad eam: Dic, scelerata et omni misericordia prorsus indigna, adquiescis præceptis regalibus, an in stultitia permanere decrevisti? Ad quem beatissima virgo Christi Flavia respondit: Ego stultitiam nunquam habui, quia semper Christum, cuncta regentem, dilexi; præcepta vero regis tui, velut lutum, quod pedibus conculcatur, abjicio. Dux autem, adversus virginem Flaviam ingenti ira succensus, dixit ministris: Expoliate hanc, et, pedibus in altum erectis, in sublime suspendite. Habebat * honoris sui dignum commercium, quæ salutaribus monitis cordis cervicem flectere renuit. Paganus vero, juxta quod dux imperaverat, sanctam virginem Flaviam, pedibus in sublime erectis, suspenderunt. Quam dux ita allocutus est, dicens: Stultissima omnium feminarum, non verecundaris in turpitudine nuditatis tuæ? Et Virgo Christi ad hæc: Sacra Scriptura testatur, quia Deus est conditor viri et feminae, ob quam rem de sexu nulla mihi describetur injuria * pro eo, quod nuda sum; neque nuditatem tantum corporis sustinere parata sum, sed etiam gladium et ignem propter eum, qui pro me denudari et flagellari et crucifigi voluit.

* Habebit

* culpa

Flaviam cruciat;

69 Dux vero, ad hæc carnali furia fretus, dixit ministris: Quid agitis? Fustes afferte, et eam sine intermissione acerrime flagellate. Cumque milites sanctam virginem Flaviam crudeliter flagellarent, Virgo Christi clamabat ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, adesto nunc famulæ tuæ Flavie in hujus agonis stadio, ne dicant inimici tui, ne dicant:

Prævaluimus adversus eam. Conturbatus adhæc crudelissimus censor ait: Si ista extincta non fuerit, maximum regi nostro Abdalæ conferet detrimentum. Et post hæc: Eia, inquit, frontem et mamillas, necnon et brachia torquentes dissipate. Subtus vero fumum acerrimum subministrare, variisque tormentis corpus illius excrucians necate. Illi itaque toto mentis conamine perficientes, clamabant: Nega Christum tuum, turpissima et omni dedecore digna, quia jam parata tibi imminet mors. Itaque, in talibus die decurso, dux Mamucha sanctam Dei virginem deponi, et cum beato Placido ac Reliquis in carcerem includi jussit, iraque commotus, præcepit, ut, quotquot Christianorum invenissent, diversis suppliciis enecarent.

70 Jam vero quis digne enarrare valeat, quantis suppliciis Christiani eo tempore in Sicilia sint affecti? Nonnulli namque palorum vectibus ora reserantes, foetidum ecenum ingerebant. Alios in frontibus et in tibiis remugientibus nervis torquendo cruciabant, plerumque aquam marinam, acetum, amurcam et liquamen et alia multa et crudelia, tamquam utribus imbutis ori appositis, sine misericordia urgebant, stimulis ferreis ad ambulandum urgentes. Parvulus etiam ab uberibus maternis rapientes, insontem infantiam elidebant ad terram. Alios e regione pedes tenentes, a meatu prorsus naturali, usque ad arcem capitis dissipabant. Alii candentis ferri laminis adusti sunt, aptantesque fustes in modum serrarum ex palmis cum stirpibus, et dorsa Christianorum cum illis flagellantes, non tantum ossa confringebant, sed etiam terbrantes aculei intrinsecus remanebant, dissipatisque carnibus, viscera pandebantur. Nonnulli vero, ligatis pedibus post terga currentium equorum, inter spinosa loca silvarum ducebantur, ut, ducti et reducti, dumosis lignorum aculeis eorum corpora carperentur, ac diu et sæpius tibiis torquendo tinnientibus chordis constringebant. Feminas autem per unum pedem appendentes, palis minoribus dentatis rectis * in capite, crinibusque in eisdem colligatis, ac vehementius stringentes simul cum capillis omnem pelliculam auferebant, ingentia pondera in uno pede colligantes, et laminas ferri ignitas dorso, ventri, mamillis ac lateribus apponentes n.

nec mitius in-
terim ceteros
Christianos
habet.

* jactis

F n

ANNOTATA.

a *Pagani, de quibus Acta, Agareni seu Saraceni fuisse dicuntur sæpe infra.*

b *Anachronismus insignis est: nam Saraceni Hispaniam non occuparunt, nisi sub annum 713. Sed forte Hispania Tingitana, pars Africae Hispaniæ obversa, intelligi debet. Varias eruditorum sententias de barbaris, qui S. Placidum ejusque Socios interemerunt, vide § 9 Comment. prævii. Quæ præ ceteris, ibidem memoratis, arrideat, vide num. 147.*

c *Abdala nullus anno 344 sive in Hispania, in qua tunc Theudis regnabat, sive in Africa, aut alibi regnasse scitur.*

d *Moloch idolum Ammonitarum, de quo 3 Reg., cap. 11 et alibi. Moloch et Remphæ meminit S. Stephanus, Act. 7, v. 43. Porro Luciferum inter deos a Saracenis habitum, scribit S. Hieronymus in Hilarione. Mabillonius in Annotatis.*

e *Sacris Fastis inseritur die 5 Octobris: sed mense Septembri occisus fuit, ut ex sequentibus sequitur*

A sequitur. Vide num. 148 Comment. prævii et infra lit. f ad cap. 6.

f Forte hæc nomina Actorum auctor aut interpolator quispiam aliunde corrasa pro arbitrio S. Placidi germanis Sociisque martyrii applicuit. Vide num. 10 Commentarii prævii. Faustus vero et Firmatus monachi fuisse non videntur, sed Eutychiei, Victorini et Flaviæ comites; nam tunc hic, tum num. 56 S. Placido, præter Donatum et Gordianum, monachi fuisse dicuntur 30; qui alioqui 32 fuissent.

g Hæc Wandalos indicare videntur. Vide num. 144.

h Sophoniae 1, v. 45 et 16 hoc ordine ista leguntur: Dies iræ dies illa, dies tribulationis et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis. Dies tubæ et clangoris super civitates munitas et super angulos excelsos.

i Ex Pauli Ep. ad Ephesios cap. 6, v. 11.

k Ep. 1 Petri 5, v. 8.

l Psalm. 58, v. 1.

m Alludit hic auctor seu interpolator Actorum ad fictitias Gordiani litteras, de quibus, aliisque consule §§ 3 et 4. Litteræ ipsæ habentur in Appendice ad Chronicum Cassinense, Parisiis typis editum anno 1605.

n Hæc omnia ex Victore Vitensi de Persecutione Vandalica sparsim excerpta sunt. Vide num. 145 Comment. prævii.

CAPUT IV.

Sancti, iterum iterumque cruciati, capite tandem minuuntur, et a Gordiano sepulture mandantur.

Iterum Mamucha, primum quidem universos cædi,

C Sancta vero virgo Flavia, dum in carceris ergastulo cum Fratribus esset retrusa, Placidum, fratrem suum, alloquebatur, dicens: Jam sacris tuis orationibus, Placide frater, faventibus, inchoavi martyrium, nunc vero obsecro, ne desistas inchoata perficere. Ora attentius, rogo, ut dignum faciat dominus Jesus Christus desiderium cordis nostri ante conspectum gloriæ suæ, et tribuat nobis, quod promittere dignatus est suis fidelibus, et omnibus quærentibus gratiam suam. Sanctus autem Domini Placidus, aperiens os suum, Eutychieum et Victorinum, fratres suos, et virginem Flaviam, sororem suam, Sociosque triginta tres consolabatur, dicens: Forti animo estote, suspicite in cælum, et precibus exorate cuncta Regentem, ut patris Benedicti intercessione nobis patiendi tolerantiam donet. Alia vero die dux Mamucha, residens in consistorio, jussit, sanctos Dei martyres Placidum, Eutychieum, Victorinum et virginem Flaviam cum triginta tribus Sociis suis sibi præsentari, et gravissime fustibus cædi, et per pedes suspendi, ac membris omnibus acriter torqueri, fumumque horridum sub eis administrari: Negate Christum vestrum, et dicite in eum convicia, et dabimus vobis bona hujus mundi. Post hæc sanctus martyr Christi Placidus, erectis in cælum oculis, clamabat ad Dominum dicens: » Narraverunt nobis iniqui fabulationes, sed non » ita, ut lex tua » Domine a. Omnia mandata

tua veritas, iniqui persecuti sunt nos, adjuva nos, Domine, Deus noster.

72 Quinta vero die, videntes pagani, quod sancti Dei martyres Placidus, Eutychieus, Victorinus et Flavia virgo speciali quodam amore essent obligati, et honore se invicem prævenirent, quod una cibum caperent, quod segregati ab aliis starent, quod simul soli orarent, mirati sunt, et dicebat alter ad alterum: Isti affinitate conjuncti sunt, ideo ab aliis dividuntur. Interrogans itaque Sanctos unus ex paganis per interpretem, quo utebantur, dixit ad eos: Quam generositatem fertis inter vos? Responderunt hi: Quatuor germani fratres sumus, ex uno viro et femina generati. Ille vero rursus percontatus est eos, dicens: Ex ista patria estis, an ex alia regione? Et responderunt Sancti, dicentes: Romani sumus et Christiani. Et ille: Bene contingit vobis, quia hominum omnium genus semper voluistis humiliare, et dominium exercere, nulli unquam genti voluistis subdere colla. Sed dicite nobis, quæ sunt nomina vestra? Ad hæc sanctus Placidus proloquens, ait: Hi duo fratres mei, Eutychieus et Victorinus b vocantur. Hæc autem soror mea et virgo, Flavia dicitur. Ego vero peccator, Placidus Monachus vocor. Et ille, Assentite, inquit, nobis, et proderit vobis; negate, Christum vestrum Deum esse, et nostro more Luciferum sidus Dei nostri Rempham excolite, ut frui possitis una nobiscum hujus gaudiis vitæ. Respondens autem sanctus martyr Placidus, dixit: Absit hoc a nobis, ut Deum nostrum Jesum Christum, Creatorem cæli et terræ, negemus, et hominem perditum pro Deo colamus, qui jam a Domino Jesu Christo cum diabolo et angelis ejus damnatus est in inferno, perpetuo igni exurendus.

73 Hæc pagani ex Martyris ore dum verba audissent, Mamuchæ duci nunciare curarunt. Sævissimus autem dux, furore nimio accensus, jussit, sanctissimum Placidum cum duobus Fratribus et cum sorore Flavia tandiu virgis mactari, donec inter manus deficerent. Quod dum factum fuisset, pagani, existimantes eos mortuos, recesserunt. Sed Deus omnipotens, cui cura est, et sollicitudo suorum, misit angelum suum sanctum, qui sanctorum martyrum Placidi, Eutychiei, Victorini et virginis Flaviæ roboravit corpora, et curavit plagarum vulnera. Mane autem facto, pagani, redeuntes ad stadium, sanctosque Martyres Dei illæsos consistere perspicentes, dicebant ad eos: Animadvertite et videte, quanta misericordia usi sunt Deus et propheta noster in vobis, qui, cum debuissent interficere vos, contulerunt vobis sanitatem. Relinquitte ergo vanitatem et sectam superstitionis, et adorate eos, qui præstitērunt vobis sanitatem, et gubernent vitam vestram. Sanctus Placidus respondit: Vos potius relinquitte diabolum, quem adoratis, et adorate Dominum nostrum Jesum Christum, qui fecit cælum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt, relinquitte perditum ipsum vestrum prophetam, et satanam, quem is pro Deo coluit, cum quo damnatus est in ignem eternum.

74 Saraceni autem, cum viderent, quod neque minis, neque promissionibus Sanctos Dei ad suam culturam valerent inflectere, acta et dicta duci seriatim referre curarunt. Dux vero sævus indignans, jussit, sanctum Placidum cum Sorore et duobus Fratribus suis per pedes suspendi, et fustibus cædi, et fumum acerrimum submi-

AUCTORE.
PSEUDO-
GORDIANO-
dein vero
S. Placidum
et Fratres,

E

b

vix non ad
necem, jubet;

F

quod cum
frustra fieret,
Placido lin-
qua præcidi-
tur,

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

subministrari, clamantibus paganis juxta consuetudinem : Negate Christum vestrum, negate. Quod dum factum fuisset, clamabat beatus Placidus una cum fratribus suis Eutychio et Victorino ac virgine Flavia, quasi ex uno ore, dicentes : Gratias tibi agimus, Domine Jesu Christe, qui confortas servos tuos, in te sperantes. At durissimus dux, dolore et ira permotus, beatissimo martyri Placido, qui prae omnibus et pro omnibus loquebatur, cum lapide os et arterias confringi jussit, dicens : Si non negabis Christum tuum, et tu et alii mala morte peribitis. Sanctus vero martyr Placidus glorificat Dominum, dicens : Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, qui me computare dignatus es in numero servorum tuorum. Non ferens autem impiissimus dux, quod sic beatissimus Placidus saepe Christum nominaret, ira magna accensus, jussit, ei linguam radicitus amputari. Sanctus vero Placidus clamabat, lingua praecisa e dicens : Benedictum nomen et virtus Domini nostri Jesu Christi, cujus nomen et virtus permanent in secula, qui et liberat nos ab omni malo semper.

B
stupro expo-
nitor Flavia :

75 Cumque Fratres ejus et Soror respondissent, Amen, prae nimia ira frendens dentibus saevissimus dux, jussit, eos iterum gravissimis fustibus caedi. Sanctam vero virginem Flaviam truculentus arbiter praecipit, tradi quibusdam lenonibus de exercitu suo ad corrumendum, dicens : Invitate ad turpitudinem ejus omnem exercitum. Sancta autem virgo Flavia, prolata sententiam in se dum agnovisset, suspexit in caelum, et ait : » Deus, qui sedes super thronos » et judicas aequitatem d » « esto mihi in Deum » protectorem, et in locum refugii, ut salvam me facias e. » Surrexit in me iudex iniquus, mordens carnes meas canina rabie, misit truces manus ad verbera, pedibus appensa sum, fustibus acerrime verberata sum, omnibus membris crudelissime torta sum, fumus horridus sub me administratus est, impingatur, dux saevus sanguine meo : tuus est amor, tua fidelitas, pro te haec omnia patior; respice in me, sancte Deus Sabaoth, ne polluant inimici famulam tuam, ne dicant : Pravaluimus adversus eam. Oravit, et ecce subito virtus divina super Virginem sanctam respiciens, suo illam munimine sepsit. Nam, cum ad ducis imperium lenones sanctam virginem Flaviam vellent stuprare, vim ei inferre volentes, quicumque manus ad eam contingendam misissent, stupebant nervi eorum, et arefiebant manus et brachia illorum, et prae dolore ex intimo corde mugitum reddebant. Ipsa autem beatissima virgo Flavia, cum fuisset, sicut jam diximus, cum Fratribus suis multoties pro Christi nomine casa et torta, et diversis suppliciiis affecta, immobilis in fide Christi permansit.

tandem, ex-
pugnandis
Martyribus

76 Posthaec impiissimus dux Mamucha sanctos Dei martyres Placidum, Eutychem, Victorinum et virginem Flaviam suo examini fecit assisti, quo tumenti pectore, facie furibunda, vibranti capite, ita est allocutus : Quousque insipientes vos nostra tolerat clementia? Hortor et commoneo vos, Crucifixum negate, et adorare Deum, cui excellentissimus rex noster Abdala cervicem suam flectit; sin alias, acerrima morte peribitis. Sanctus Placidus respondit : O infelices, quare mentis vestrae oculos, atra orbatos caligine, non exeritis? Credite in Dominum Jesum Christum, Creatorem caeli et terrae, et dimittite diabolum, quem adoratis, et falsum vestrum prophetam relinquit. Quod si non

* an abduc-
tos?

feceritis, ignis vos aeternus excipiet. Mamucha vero posthaec conversus ad sanctos martyres Eutychem, Victorinum et virginem Flaviam, dixit ad eos : Dicite, infelices et miseri, derelinquitis Crucifixum, an cum Placido seductore perire decrevistis? Sancti Martyres dixerunt : Jam saepius tibi diximus, quia nullo pacto nullaque ratione Dominum nostrum Jesum Christum relinquimus, monita vero vestra, veluti lutum, quod pedimus conculcatur, abominamur.

77 His auditis, saevissimus Mamucha, nimis furis incitatus, jussit, sanctos Dei martyres Placidum, Eutychem, Victorinum et Flaviam strictius ligari, et super tibias eorum anchoras navium poni, et super anchoras lapides magnos superponi, ut, hoc dolore compulsi, Christum negarent. Pagani vero, jussa iniquissimi ducis perficientes, clamabant : Nisi negaveritis, Christum vestrum Deum esse, acerba morte in tali supplicio consummabimini. Cumque die ipsa et nocte tota in tanto cruciatu perdurassent, et sanctus Domini Placidus psalleret, et Soror ac Fratres ejus orarent, et Deo gratias agerent, die altera illucescente f, pagani ad Martyres reversi sunt, videntesque, illos immobiles in fide Christi persistere dicebant : Num vobis corneas fibras, num lapidosa pectora nutritis, qui salutaribus consiliis non acquiescitis? Respicite vosne ipsos, et, Christum Deum esse, negate, et dabimus vobis aurum et argentum, pallia deaurata, et lapides pretiosos. Sanctus Placidus respondit : Neque pro auro, pro argento, sive pro palliis deauratis, aut lapidibus pretiosis vestrae impietate et perversae suggestioni assensum dabimus, ut Christum negemus. Justitiae namque rigor et veritatis via flecti non novit, si forti pectore retinetur. Id ipsum sancti Dei Eutychem, Victorinus et beata Flavia virgo affirmabant.

ultima ma-
china, sed
aeque

E

incassum
adhibita.

78 Adhaec satellites satanae vehementer irati, rem, prout erat, duci per ordinem pandunt. Saevissimus vero Mamucha, terribili furore et ira succensus, dictavit sententiam, dicens : Placidum, Eutychem, Victorinum, Faustum, praecpta contemneres, et Christum, qui a Judaeis crucifixus est, pro Deo colentes, nostramque culturam nostrumque prophetam Moloch abominantes, capite caedi jubemus, et corpora eorum inhumata lupis ac canibus et volucris caeli devoranda relinqui. Nequissimi autem ministri concito gradu revertentes, ejecerunt Sanctos de custodia, in qua clausi detinebantur, et usque ad littus maris, in quo decollandi erant, eos flagellando perduxerunt. Quo dum venissent pagani, ad Sanctos proloquentes, dixerunt : Obsecundabitis jussioni invictissimi duci Mamuchae, ut Chrisum negetis, et Deum more nostro adoretis et colatis?

F

79 Sancti autem Martyres, eorum monita abdicantes, dicebant : Numquam Creatorem nostrum negamus, numquam ab ejus cultura recedimus. Alium vero Deum omnino nescimus, neque adoramus, praeter Dominum nostrum Jesum Christum, cui nosmetipsos hostiam vivam in sacrificium offerimus. Christiani sumus, et pro nomine Domini nostri Jesu Christi magis mori, quam vivere desideramus. Jam perficite in nobis, quod vobis videtur. Haec ubi dicta dederunt, beatissimus martyr Placidus, oculos in caelum elevans, oravit ad Dominum, dicens : Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui de caelis ad terram descendisti, et pro nostra salute Crucis patibulum sustinuisti, propitius esto nobis, famulis

die iv Octo-
bris omnes
capite minu-
untur.

A famulis tuis, et per intercessionem magistri nostri servi tui Benedicti, da nobis virtutis constantiam, ut participes gloriosissimæ anastasis effecti, hujus agonis stadium intrepido animo, mente robusta percurrere valeamus, ne humani generis inimicus aliquod obstaculum nostris anteferat mentibus, ne princeps tenebrarum et complices ejus impediunt. Sed angelus testamenti tui Michaël nostras animas in pace suscipiat, quia tu es Deus benedictus et gloriosus in sæcula sæculorum. Cumque sancti martyres Euty chius, Victorinus et virgo Flavia cum triginta tribus Sociis suis respondissent, Amen, flectentes genua decollati sunt una cum beatissimo Placido, tertio Nonas Octobris, apud Siciliam in portu Messanæ civitatis. Jacuerunt autam post decollationem corpora eorum juxta mare diebus quatuor g.

g
quorum,
quinto post
die pereunti-
bus mari Sa-
racenis,

80 Post passionem vero beatissimi Placidi martyris et Sociorum ejus, Mamucha, impiissimus dux Saracenorum, necdum saturatus de sanguine Sanctorum, quem innocenter effundi fecerat, præcepit, ut monasterium illud, quod beatus Placidus ædificaverat, in quo etiam et habitaverat, incenderetur, et fundamentis everteretur. Sicque factum est, ut per quatuor dies, in quibus post decollationem corpora Sanctorum jacuerant in littore, monasterium omne incensum, et solo tenuis eversum est *, ita ut etiam fundamenta monasterii Saraceni evellerent, et lapides in mare projicerent. Interea hoc mare sedatur, ventorum turbines pacificantur, nautis via panditur. Quod crudelissimus dux perspicuens, imperat, ut omnes Saraceni ad mare redirent, quatenus, signo dato, naves conscenderent. Aurora autem quinti diei illucescente, Saraceni cum duce suo Mamucha naves conscendentes, æquoris alta sulcare cœperunt. Præcelsitudinis vero magnitudine, ecclesiam, quam intra monasterium suum beatus Placidus in honore sancti Johannis Baptistæ ædificaverat, cum esset ampla et alta, Saraceni succendere sive evertere non poterunt h, sed modis omnibus, quibus poterant, polluerunt et profanaverunt. Nam trabes, quas intus in ecclesia invenerunt, minutatim præciderunt, ecclesiam adulteriis coinquinaverunt, altare Domini stercore et urinis fœdaverunt, et super illud secussum ierunt, et, quicquid pravum vel dici vel cogitari potest, ibidem exercuerunt. Et, sicut ante descripsimus, naves conscendentes, quanta instantia poterant, navigare cœperunt. Cumque jam in Phari medio esset, (nam Rhegium tendere disposuerant) subito tempestas magna exorta est, ita ut nec retro, nec ante, ultra procedere possent, sed comprehensæ a currentibus undis in medio Phari, justo Dei judicio centum naves simul cum Saracenis sexdecim millibus octingentis demersæ sunt in profundum maris i.

* fuerit

h

i
corpora Gor-
dianus sepe-
lit.

C 81 Corpora vero sanctorum Martyrum adhuc jacebant in littore, ubi nulla fera, et nulla avis ea tetigit, et pro fetore suavissimum odorem emanabant. Gordianus autem, qui beatum Placidum a Cassinensi cœnobio secutus fuerat, quique, ut supra retulimus, tempore captionis ejus fugiens evaserat, qui et requirebat Sanctos noctis tempore, et confortabat, dum essent in carcere, tulit corpus beati Placidi martyris, domini sui, et corpora sanctorum Euty chii et Victorini fratrum ejus, ac sanctæ virginis Flaviæ, sororis illius, et capita eorum jungens corporibus, prout potuit, in ecclesia S. Johannis Baptistæ

sepelivit, mundans eam prius ab omni Saracenorū immunditia. Nam sola eadem ecclesia, ut supra descripsimus, ex omnibus monasterii ædificiis remanserat. Reliqua vero sanctorum triginta trium Martyrum corpora, miro odore fragrantia, ibidem, ubi decollati fuerant, in arena sepelivit, ubi beneficia sua Jesus Christus, Dominus noster, meritis sanctorum martyrum Placidi et Sociorum ejus intervenientibus præstare non desinit usque in hodiernum diem. Cæci namque ibidem illuminantur, claudi curantur, surdi auditum recipiunt, leprosi mundantur, dæmones effugantur, et omnes infirmi salvantur.

AUCTORE
PSEUDO-
GORDIANO.

82 Tali modo sanctissimus martyr Domini Placidus cum Sociis suis, diversis tribulationibus et suppliciis agitatus, dealbavit stolam suam in sanguine Agni, qui tollit peccata mundi, quem modo sequitur per paradisi amœnitates, insertus Apostolis, quia totum reliquit; Martyribus, quia martyrium pacis et pesecutionis in se sustinuit; Confessoribus, quia Christum coram fidelibus et infidelibus confessus est; Virginitatis, quia virginitatem cordis et corporis custodivit. His insertus choris, Regem immensum collaudare non cessat, ferens coronam rosis et liliis intextam, cantansque canticum in exultatione et gaudio voce infatigabili, et merito. Nam per hunc facta est Cassinensis ecclesia purpurea, quæ antea in patris Benedicti operibus extiterat candida, quia, primus ex eodem verbo et exemplo plurimis in Christi bello exitit doctor. Hic Benedicti patris temporibus primus contra paganos prælium cœpit. Hic inter Christi milites antesignanus, hic inter pesecutionum furentium initia cum ipso infestationis principe auctore Mamucha congressus, dum inexpugnabili firmitate adversarium vicit, vincendi ceteris viam fecit. Ideoque nunc cum his, qui Agnum sequuntur, canticum novum decantare non cessat. Apud hunc Agnum dignetur pro nobis intervenire, et, maculis omnibus expiatis, nos vellere velit induere. Omnes repræsentans eidem, quem sequitur, Agno, ut, quos redemit sanguine suo, non juri sinat subiacere alieno.

S. Placidi, hoc
modo extin-
cti elogium

E

83 Passus est autem beatissimus Placidus, martyr Domini nostri Jesu Christi præcelsus, anno ætatis suæ vigesimo sexto, cum duobus fratribus suis Euty chio, Victorino, et sorore virgine Flavia, Fausto et Firmato diacono, simul ac Monachis triginta, sub sævissimo rege Abdala et duce Mamucha, tertio decimo anno k Justiniani imperatoris, apud Messanam, Siciliæ civitatem, tertio Nonas Octobris, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen. Dies autem vitæ beatissimi Martyris ita numerantur. Oblatus est Deo a patre suo, Tertullo patricio, et traditus beato Benedicto, septimo anno ætatis suæ; habitavit cum eo apud Sublacum annis quinque, commoratus est in monasterio Cassinensi, quod ipse una cum magistro suo Benedicto et discipulo Mauro in proprio rure ædificaverat, annis novem. Construxit in suo patrimonio monasterium apud Siciliam per annos quatuor. Præfuit eidem monasterio anno uno, qui simul fiunt anni sex atque viginti. Natus anno Dominicæ Incarnationis quintodecimo ac quingentesimo. Martyrio coronatus quadragesimo primo ac quingentesimo.

et chronolo-
gica ejus vite
synopsis.

F

k

ANNO-

ACTORE.
PSEUDO-
GORDIANO.

ANNOTATA.

a *Psalm.* 418, v. 85.
b Evurtius et Victorius male legitur in *Vita contracta S. Placidi apud Mabillonium tom. I Actorum SS. Benedictinorum pag. 80.*

c *Simile miraculum refert Victor Vitensis lib. v de Persecutione Vandalica num. 6 de Typasensibus Martyribus in Mauritiana Majori his verbis: Quae cum regi (Huneric) innotuisset, comitem quemdam cum iracundia dirigens, praecipit, ut in medio foro, congregata illuc omni provincia, linguas eis et manus dexterarum radicitus abscedisset. Quod cum factum fuisset, Spiritu Sancto praestante, ita locuti sunt et loquuntur, quomodo antea loquebantur. Sed si quis incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantiopolim, et ibi reperiet unum de illis, subdiaconem Reparatum, sermones politos sine ulla offensione loquentem. Factum in S. Placido simile miraculum aequè indubitanter crederem, modo pari auctoritate et testimonio niteretur.*

B d Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam. *Psalm* 9, v. 5.

e *Psalm.* 30, v. 3.

f Haec S. Placidi Sociorumque certaminis postrema fuit: illius durationem ita colligit Octavius Cajetanus animadversione 17 in *Vitam et Passionem S. Placidi et Sociorum*: Donatus in nocturna synaxi, ac proin a media nocte occisus (*ex num. 59 hic*) Placidus ceterique ante Mamucham sisti et fustigari iussi. Id factum ait Stephanus Aniciensis, orto jam sole (*num. 28*) a quo dies numeramus. Exin a Mamucha inclusi per septem dies sine cibo (*ita Acta hic num. 61*) Ubi defluxe, revocantur ad tribunal et cruciantur. Quatuor per dies torti ex Stephano (*num. 29*) Deinde in custodiam trusus Gordianus nocte invisit. Mane ad Mamucham reducti, torquentur: decurso in tormentis die, retruduntur in carcerem (*ex num. 68 hic*) sole exorto, (*ex num. 71*) rursus excruciantur. Quinto post die (*ex num 72*) virgis ad mortem mactati, sed curantur ab angelis. Postquam illuxit, diversis suppliciis affecti die ac tota nocte (*ex num 73, et bis seqq.*) Mox enata luce (*ex num 76 et seqq.*) damnati decollatique. Quos dies si collegerimus 20 reperiemus. Igitur si Natales ipsos connumeremus, Donatus undeviginti ante Placidum dies mortem obiit. Placidus & Nonas Octobris, Donatus 16 Kal. Octobris. Ita Cajetanus num. 448 *Comment. praevis laudatus.*

g *Sepulta quinto post martyrium die.*

h *Triplicem cladem monasterium passum dicitur; hanc primam, secundam anno 669, tertiam sub annum 880. Vide num. 455 et 461. Mirum est, Templum illud, non modo post hanc, sed etiam post binas alias barbarorum irruptiones superstes, ut aiunt, fuisse.*

i *Simile quid Alarico Gothorum regi, Siciliae excidium meditantis, sub initium seculi v contigit. Ex Jornande de Rebus Geticis cap. 30.*

k *Lege annum Justiniani 15, vel Incarnationis 539: alias haec temporum nota non congruunt. De anno, quo S. Placidus et Socii occisi fuere, censule num. 447 *Comment. praevis.**

CAPUT VII.

Monasterii Messanensis instauratio et sanctorum Martyrum cultus.

Explicitis his, quae ad passionem beatissimi martyris Placidi Sociorumque ejus pertinebant, nunc ejus destructionem restorationemque cœnobii, vel qualia quantaque post ipsius decessum loci incolae sint perpessi, curabo posterorum mandare memoriae a, sive ut rei notitia habeatur in promptu, sive ut in eorum multimoda mirabilique erectione, Domini misericordia collaudetur, qui flagellat omnem filium, quem recipit, et post lacrymationem et fletum, exultationem inducit. Postquam perversi doli artifex Mamucha cum omni exercitu suo in maris profunda demersus est, et ad Siculorum notitiam pervenisset, qualiter sanctus Domini Placidus cum Fratribus et Sociis suis martyrium suscepisset, illico ex tota insula innumerabilis turba occurrit, sciscitans, qualiter hoc evenisset. A minimo namque usque ad maximum acerrimus fletus omnes tenebat. Messalinus vero et filii ejus, audientes, sanctum Domini Placidum martyrio coronatum, scissis vestibus, pulvere asperso capite, ad sepulcrum venerunt. Posthæc Messalinus et Pompejus Cilius, consilio habito, legatos Cassinum ad patrem Benedictum direxerunt, destinantes epistolam, hæc continentem:

85 Universali Monachorum institutori atque doctori Benedicto, servi filii ejus desolati et destituti pastore, cum subiectione debita obedientiam. Quia nihil paternitati vestrae incognitum esse rectum duximus, de his, quae apud nos actitata sunt, scire vestram sanctitatem volumus, religiosissimum ac sanctissimum discipulum vestrum Placidum tertio Nonas Octobris post multa tormentorum genera gladii animadversione migrasse ad Dominum. A duce namque Saracenorum Mamucha cum fratribus suis Eutychio, Victorino ac sorore virgine Flavia, Fausto, Firmato et Monachis triginta captus, post verberum mactationem, suspensionem, fumi administrationem, membrorum omnium tortionem, arteriarum et dentium contractionem necnon et linguae abscissionem, capite cum omnibus Sociis truncatus est. Unde suppliciter vestram paternitatem poscimus, ut ad cortes et possessiones retinendas discipulos mittere dignemini b etc.

86 Exhilaratus itaque de sanctis apicibus pater sanctus, palmas ad alta sustollens, gratias egit Redemptori omnium, dicens: Grates tibi nunc promo, cunctorum Vita salusque, qui fructum laborum meorum dilectissimum Placidum, singularem et unicum mei pectoris filium, ad tuum fecisti conscendere solium. Hæc pater sanctissimus proclamans, et super beatissimi Martyris passionem ultra modum spirituali lætitia congaudens, omnem Cassinensem convocans concionem, talem ad eos protulit orationem: Sicut patris est gaudere in suorum profectibus filiorum, ita et filiorum est augmentum patris sua lucra reputare. Quapropter noveritis dulcissimum

D

Intellecta e
Siculis

a

E

Martyrum
caele,

F

b

S. Benedictus

simum

A *simum filium meum Placidum, martyriali tra-bea adornatum, migrasse ad Dominum. Jam enim meis interioribus oculis ejus immaculatam hostiam et Deo beneplacentem deduxi in alta cœlorum. Hunc nempe tempore, quo illum a patre suo suscepi, memineram esse mortalem, nec fefellit opinio. Nunc non est, quod conquerar. Habeo, in quo Deo gratias agam, quia semper optavi, ut de fructu cordis mei omnipotenti Deo sacrificium offerretur. Nihil enim hoc sacrificio habui pretiosius, nihil amabilius, nihil carius. Elegit namque Placidus pro Christo momentaneam mortem, et pervenit ad eum, in cœlesti solio ad dexteram Patris regnantem. Ob id enim Christus pro omnibus mortuus est, ut nos, non nobis, sed Christo viveremus. Grates autem omnium Redemptori refero, quia ingratus esse non possum.*

novam monachorum coloniam Messanam mittit.

B *87 Congaudendum enim mihi scilicet, quod talem Discipulum habuerim, non dolendum, quod amiserim. Nam illud munus fuit, hoc debitum, scilicet, quod functus sum famulatu Placidi, discipuli mei, quamdiu Deus voluit, et post, qui dedit, recepit. Quod naturæ communis fuit, Placidus pro Christo posuit, et, quod singularis est gratiæ, meruit. Cur autem ego doleam mihi Placidum, filium meum, ereptum, cum ad salutem nostram Deus Filio suo non pepererit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Quis umquam exceptus est a conditione moriendi, qui non est exceptus a conditione nascendi? Non ergo doleam Placidum filium, quem scio, transisse de morte ad vitam. In illius namque morte gaudendum est, non dolendum, quia illam pro veritate et æterni Regis fide gustavit. Nam cur ergo te, Placide, fili carissime, doleam, qui mihi sic ereptus es, ut omnium esses? Non enim perdidisti usum naturæ tuæ, sed commutasti. Ante corpore inseparabilis a Deo existens, nunc individuum cum Deo es permanens. Felicia verba, quæ in te expendi, felices labores, quos in te sustinui, dum viveres mecum! Non te Tertulli, patris tui, amor a me divellere potuit, nec ipse mihi umquam patrem prætulisti, quousque ad æternam vitam migrasti. *c. Hæc et his similia patre Benedicto proloquente, ex et * consilio totius Cassinensis Congregationis quosdam ex discipulis suis ad Siciliam direxit, præcipiens illis, eos citius properare ad prædictam insulam, ad monasterium beati martyris Placidi restaurandum, et cortes ac villas Tertulli patricii gubernandas.**

** lege potius separabilis seu separatus*

** et abundat*

quæ illuc appulsa,

88 Qui præceptis obsecundantes, dum ad Siciliam pervenerunt, servos beati martyris Placidi evocantes, dixerunt: Ubi posuistis lumen mundi, et decorem Cassinensis ecclesiæ Placidum, patris Benedicti discipulum? Dicite nobis, ubi panis requieii jacet, ubi cœlestis Regis abscondita est pecunia, et multa his similia. Illi autem respondentes dixerunt, illos ad ecclesiam sancti Baptistæ Joannis esse, et locum, in quo Placidus, Christi testis, sepultus jacebat, ostenderunt. Qui, ruentes in terram, cum timore et gaudio magno sanctum sepulcrum deosculari cœperunt, exequias, ut ita dicam, agentes, quasi quidam angeli carni beato martyri Placido, in cujus passione cœli patuerunt, angeli incubuerunt, homines exultaverunt, terra lætata est. Videntes itaque fratres sepulcrum, in quo Placidus, pater sanctissimus,

reconditus erat, cum singultu et lacrymis clamabant, dicentes: Virorum sanctissime, qui, superni Regis vallatus munimine, mundi conculcasti principem, intercede pro nobis ad Dominum, quatenus, suis suffragantibus meritis, per tua vestigia incidere et cœlica gaudia capere valeamus.

AUCTORE PSEUDO-GORDIANO.

*89 Hæc et multa alia cum dixissent, quasi corporaliter eum viderent, lacrymis nequam parcebant, sine intermissione sanctum deosculantes sepulcrum. Odor enim paradisi suavitate, ut ita dicam, ex sepulcro manabat, irrigabant lacrymis, levigabant ingemiscentes, exosculabantur delectantes. Episcopus namque Messanæ civitatis, ubi patris Benedicti discipulos ad monasterium restaurandum et cortes ac possessiones gubernandas venisse comperit, ad eos accedere statuit, salutansque in osculo sancto, dicebat ad eos: Non passus est Deus opera, atque labores patris sanctissimi, Deo dilectissimi Placidi, perditum iri, sed quasi post transmigrationem Israelis de Ægypto, restituit filius Sem possessam a Cananæis regionem Palæstinæ propriam, quibus propter naturalium filiorum ejus opus, pater eorum, heres mundi, cum juramento confirmavit distributionis testamentum, ut nullo aliquando tempore diriperent invicem possessiones, ut ante cataclysmum fecerant, et iniquitatibus et sanguinibus terram contaminarent; ita et super beatissimo Placido, patre nostro, justa retribuens, fecit Deus noster, transmittendo fratres ejus et filios ad monasterium gubernandum et restaurandum et cortes et possessiones illius retinendas. Etenim juxta Scripturam, in multas generationes Deus bona tribuit, qui secundum Mosaicum obitum spiritum Placidi restituit Patri. Siquidem ille audivit: Ascende in montem, et ibi morere *d.* Hic, Exi, inquit, a Cassino, Placide, et, post paululum Siciliæ insulam ingrediens, per martyrium carneam transibis vitam atque corruptibilem. Igitur Deus verax est, et impossibile est, mentiri Deum. Sic accidit Placido beatissimo patri. Facta sunt autem hæc dispensatione Dei; nam ideo Mamucham, crudelissimum Christianorum persecutorem, et violentæ vocis ventosum, surreptionem, tempestatem, luctum atque turbationem ad has partes venire permisit, ut Placidus cum Fratribus et Discipulis suis martyrio coronaretur. Dirumpens igitur vinculum ligaturæ corporis sui per medios fluctus vitæ præsentis volavit in alta cœlorum.*

S. Placidi sepulcrum veneratur.

E

d

F

*90 In talibus die decurso, episcopus cum diemque ejus multitudinem populi, quæ cum eo venerat, deosculans sanctum sepulcrum, recessit ad sua. Anniversario autem passionis die beati Placidi et Sociorum ejus adveniente, turba multa cum cereis et thymiamatibus ad sanctissimi Placidi martyris et Sociorum ejus sepulcra convenientes, die noctuque ad ejus honorem persistentes in ecclesia, Domino laudes decantabant; omnes, inquam, convenientes, a viris usque ad mulieres et infantes, oblationes et vota regaliter comportantes *e.* Oportebat enim sanctam festivitatem celebrare in lumine scientiæ, et intellecta splendoris populum adorare. His quoque temporibus beatissimus pater Benedictus plenus virtutibus et sanctitate feliciter migravit ad Dominum anno Verbi Incarnati quadragesimo secundo ac quingentesimo *f.* cum præfuisset in Cassinensis cœnobia regimine annis quatuordecim,*

diemque ejus anniversarium una cum Messanensibus festum agit.

e

f

ACTORE-
PSEUDO-
GORDIANO.
g

h
cum jam
CPolim abie-
rat Gordia-
nus.

ubi S. Placidi
Acta scripsit,
l

m

et cum S. Jo-
annis ecclesia
S. Placidi no-
men jam in-
duerat.

n

o

p

cim, sepultusque est ibidem ante aram sancti Baptistae Joannis g. Huic sanctissimo patri sanctus Papa Vigilius per privilegium confirmavit omnes cortes ac possessiones, quas Tertullus patricius in Sicilia ei obtulerat. Idipsum fecerunt successores ejus numero 49 h.

91 His taliter succincte libatis, quid Gordianus, martyris Placidi famulus, egerit, Opusculo praesenti tradamus. Postquam enim idem Gordianus sanctorum Martyrum corpora tradidit sepulturae, quid faceret, vel quid diceret, nesciebat. Dicebat enim intra se: Si hic maneam, nihil ultra proficiam; si ad Casinum redire voluero, omnino impossibile mihi videtur: scio enim, quanta pericula in tanto itinere mihi incumbant. Haec dum secum tacitus volveret, beati Placidi et Sociorum ejus suffragium diebus ac noctibus exorabat attentius. Quarta interea die adveniente, valde diluculo navis, Neapolitanorum mercibus onusta, in portu Messanae civitatis devenit, descendentesque nonnulli eorum ad terram, sancti Joannis Baptistae, in qua sanctus Domini martyr Placidus cum Sociis suis sepultus erat, ecclesiam devenerunt i. Quos B Gordianus adspiciens, post salutationis officia osculatus est, ac deinde percontatus est eos, dicens: Qui estis, vel unde, et quo tenditis iter? Tum illi: Neapolitani (inquiunt) sumus, et cursus noster Constantinopolim tendit k. Gordianus vero, talia ab eis dum verba audisset, gaudio ingenti perfusus est, datoque naulo, in eorum navi conscendit, longissimaque maris itinera cum eis transfretans, Constantinopolitanam pervenit ad urbem; in quam ingressus, in domo cujusdam potentissimi viri annis quampluribus hospitatus est.

92 Ibi que jussu Justiniani imperatoris l enucleatus vitam atque miracula, necnon Passionem beatissimi martyris Placidi et sociorum ejus notificare, atque ad posteritatis memoriam Graecis litteris, quibus apprimè imbutus fuerat, latius annotare curavit. Illi autem, haec audientes, glorificaverunt Deum, utique secum Gordianus in eadem urbe maneret, hortati sunt, quod et fecit. Post aliquanta vero annorum curricula, Gordianus ille valefaciens, Passionem martyris Placidi et Sociorum ejus, quam ibidem, ut supra taxavimus, Graecis apicibus exaraverat, apud illos reliquit m, ipse vero, navem conscendens, Siciliam rediit, atque ad Syracusanam urbem deveniens, paucò illic tempore supervixit, in quo semper pie sancteque vivendo, finem vitae complevit, acquirens sibi regnum aeternum, intercedentibus sanctis Martyribus, quibus fuerat famulatus.

93 Ex die vero, qua sepulta sunt corpora sanctorum martyrum Placidi, Eutychii ac Victorini fratrum, et beatissimae virginis Flaviae, sororis eorum, in ecclesia sancti Joannis Baptistae, ultra jam basilica illa sancti Johannis vocata non est n, sed in honore Sanctorum, qui intus erant sepulti, sancti Placidi ecclesia vocabatur, usque ad tempora scilicet illa, quando Romani Siciliam amiserunt o: omnibus etiam temporibus, quibus Saraceni Siciliae dominati sunt, ecclesia ipsa ex beati martyris Placidi nomine vocabatur p.

hunc Gordianum non fuisse, haec verba, quibus secunda et tertia canobii Placidiani clades significatur, aperte declarant: Qualia quantaque post ipsius decessum loci incolae sint perpeSSI, curabo posterorum mandare memoriae. Neque enim haec Gordiano, ante secundam illius canobii cladem dudum e vivis erepto, nota esse poterunt. Enimvero Petrum Cassinensem audire hic mihi videor, qui, quamquam hoc loco, quod tamen verbis mox relatis pollicitus est, de secunda et tertia Messanensis ecclesiae clade ne verbum quidem fecerit, fecit id tamen alibi, uti tum apud Cajetanum, tum § 10 Commentarii praevii videre est. Quod si Petrus S. Placidi Passionem exaravit, Passionis illius adjuncta, numero sane multa; dubia ut minimum, et valde incerta censenda sunt.

b Fictitii monumentis has ad S. Benedictum litteras annuera.

c Quid de hac et similibus orationibus, quae in his Actis non raro occurrunt, statuendum sit, dixi supra in Annotatis ad cap. 1, lit. f.

d Ita fere Deuteronom. cap. 32, v. 59.

e Tam antiquum S. Placidi cultum, qui paucò ab illius obitu tempore jam inde inceptus fuerit, non habeo, unde confirmem.

f Alii obiisse volunt anno 343.

g In oratorio S. Martini sepultus est secundum vitam S. Mauri. Sed Actis S. Placidi hic consonat, utrisque auctoritate longe potior, Gregorius Magnus lib. II Dialog. cap. 37.

h Deducunt hi nos ad Joannem VIII, qui sedit ab anno 872 usque ad annum 882, sub quo probabiliter contigit tertium Messanensis monasterii excidium. Vide supra lit. h in Annotatis ad cap. praecedens.

i Igitur quarto die ab obitu suo, et quidem valde diluculo, in S. Joannis Baptistae templo S. Placidus jam fuerat sepultus. At num. 80 Saraceni Messana soluisse dicuntur tantum die quinto mane. Verosimiliter existimo, post horum discessum S. Placidi corpus in S. Joannis Baptistae templum fuisse illatum.

k Iter illud Gordiani fabulam sapit. Vide dicta num. 38 et seq. Comment. praevii.

l Altera fabula. Vide num. 37 et seqq. Comment. praev.

m Id quoque figmentum apparet, ut haec Acta a Gordiano vere aliquando fuisse conscripta, crederetur, inventum.

n Universim id verum non est: nam S. Joannis Baptistae nomine appellatur in diplomate anni 1136, citato num. 161 Comment. praevii.

o De tempore, quo Saraceni Siciliam occuparunt, vide dicta num. 160 Comment. praevii.

p Petrus Casinensis apud Octavianum Cajetanum hunc eundem locum, quantum apparet, laudans, haec addit: Itaque dum jam dicta insula Francis (Normannos intelligit) repleta fuisset, ecclesia, in qua S. Placidus quiescebat, non ejusdem Martyris nomine, ut antea diximus, sed S. Jacinthi illum nominare ceperunt, nescientes proprietatem nominis, utpote homines exteræ gentis et superadvenientes; ideoque usque in hodiernum diem, semper eandem ecclesiam corrupte S. Jacinthi nomine appellare consueverunt.

ANNOTATA.

a Haec verba quidem actorum eundem prae se ferunt, qui S. Placidi Passionem exaravit: sed

ACTA

ACTA ALTERA

Auctore Stephano Aniciensi a

Ex editione Octavii Cajetani tomo I de Sanctis Siculis a pag. 172.

PROLOGUS.

Quorum precibus auctor scripserit

Sub Sancti Spiritus disciplina degentibus sanctis viris, qui in ecclesia Casinensi cœnobialis exercent militiæ pietatem, Stephanus Aniciensis, indignus et ultimus servus eorum, spiritum Ecclesiæ duplicem promereri. Philosophos cœli vos esse, et cœlestem philosophiam professos, spiritale tyrocinium vestrum docet, et ipsa rerum clamat electio meliorum. Elegistis partem optimam cum Maria, et, de Hur Chaldæorum egressi, Ægyptique tenebras fugientes, montem sanctum, montem coagulatum et pinguem, ut Deum Sabaoth videre possitis, singularitate conversationis et vitæ specialiter obtinetis. Deposita vetusti hominis vilitate, in cœlestis Adæ transfiguramini novitatem, et sedentes in spelunca ostio cum Elia, suspensis desideris ad æterna, sentire vos credimus sibilum auræ tenuis, vestris sine sono cordibus insonantem. Ad solatium peregrinationis, et ærumnas temporalis exilii demulcendas foditis diligenter et strenue puteos Scripturarum, in quibus est aqua viva. Et in nocte mortalitatis istius tres panes Evangelicos exigitis ab amico, ut aqua refectionis potati, verique panis soliditate cibati in fortitudine cibi hujus, montem Dei Horeb, sicut viriliter, ita et feliciter attingatis. Securi jam de adipiscenda cohabitatione Sanctorum, viros confessionis et gratiæ, qui vobis semitas perennis vitæ suis vestigiis impresserunt, ea tenerritudine ametis, et colatis quasi commilitones in bello; sed futuros concives in regno, divinis cultibus honoretis, eorumque pro viribus induatis similitudinem pariter et figuram. Placet vobis imitari, quos colitis. Et, ne fames Christi Dei, qui * opprimit terram Canaan, et summos etiam Patriarchas peregrinari compellit, fines vestros violenter invadat, post Scripturas canonicas, Sanctorum passiones et gesta humiliter recensetis, et in eis, velut in speculo, vultus nativitatæ vestræ refigurare gaudetis, unde et Placidi, martyris vestri, triumphos pariter et agones, qui Latinorum incuria diu silentio sepulti erant, cum apud Græcos egregie vixerint atque floruerint, de Græco erutos b, produxistis lucem, et, ut eosdem stylo mediocri editos, verbis ornatoribus, et magis propriis debeamus colorare, potestativæ precis instantia postulatis.

S. Placidi Historiam,

2 Auctoritatibus vestræ mole depressus, munus, quod tam solemnibus vox exigit, negare non possum: sed timeo, ne fistula pauperescentis ingenii vestris usibus impar appareat: quia et apud Octobris Tomus III.

vos, novi, esse fontem aquæ vivæ salientis in vitam. Et tanta est hujus Martyris claritudo, ut eloquio meo infacundo satis et tenui obnubilatur potius, quam clarescat. Supponam tanto oneri cervicem meam, et imperii vestri pondus subjectis humeris sustinebo, ut Placidi monachi pridem, nunc martyris; commilitionis olim vestri, nunc tutoris pariter et patroni, sincerissimam passionem, ea, qua possum, sermonis integritate perstringam. Non erit opus, martyrium beati Viri rhetoricis sententiarum vel ornare coloribus, vel floribus investire; cum tantus sit in hac Historia pietatis splendor, virtutum vel operum, ut ipse, et proprietates rerum, quæ exprimentæ sunt, sermonem coloratissimum extorquere possint, etiam ab invito. Nec in nos aliquis, vel nimis diligens, vel minus cautus, devolvere velit calumniam, quasi senescenti jam mundo novam Martyrem inducamus. Cum autenticus sit Martyr iste, non rudis, nec novitijs; sed antiquus, teste Orientali ecclesia, quæ triumphos illius, per Gordianum monachum c expressos in Græco, venerata est ab antiquo, et, Justiniano imperatore testante, qui per Sacram imperii, Vigilio Papæ directam d, canonizari fecit sancti hujus Martyris Passionem. Nos quoque, eorum sequentes vestigia, expressam ab eis in Græco veritatem reformabimus in Latino, et quasi in via veteri novam semitam figurantes, ita medioeriter incedemus, ut et satisfaciamus negotio, et aurium vestrarum delicias prolixitate superflua minime vulneremus.

AUCTORE
STEPHANO
ANICIENSI.

ANNOTATA.

a De Stephano Aniciensi vide dicta num. 48 et tribus seqq. Comment. prævii.

b Qui et quando Acta S. Placidi Constantino-poli in Italiam allata fuisse, narrentur, quæ his fides adhibenda sit, vide § 3 Comment. prævii.

c Quidquid de Gordiano, a S. Placidi nec Constantino-poli profecto, ubi S. Placidi Acta conscripserit, hic dicitur, fabulam sapit. Vide dicta num. 36 et seqq. Comment. prævii.

d Justiniani ad Vigiliam litteræ prorsus fictivæ sunt, ut ostenditur num. 42 Commentarii prævii.

PROLOGUS ALTER.

Immortales Beatorum triumphos, et Martyrum perennes victorias præconiis efferre cœlestibus, et divinis titulis honorare, sicut honestum Ecclesiæ, sic legentibus est jucundum. Præclaræ sunt actiones Sanctorum, et ex radio virtutis Dei tantum capiunt splendoris et luminis, ut totum mundum sufficienter valeant illustrare. In Regem deitatis et in ipsam majestatem Domini peccare videtur, quisquis tam divinorum operum claritatem aut voluerit obnubilare silentio, aut non studuerit eo, quo potest, eloquentiæ genere colorare. Quapropter etiam nos ad hoc opus idonei a, minusque digni, ne magnalia Dei nostri suppressisse silentio, velut ex invidia, videamur, exactoria prece Sanctorum, qui Deo in cœnobio militant Casinensi, beati Placidi, monachi simul et martyris, Passionem, Deo favente, suscepimus describendam, quam a Gordiano, patris Benedicti discipulo, et ejusdem

Scriptionis
causæ

a

AUCTORE
STEPHANO
ANICIENSI.
b
c

ejusdem Martyris socio, Græce descriptam *b*, et minus fere in Latinum translata *c*, eo styli genere prosequamur, ut et seriem actionis, veritatis compendio perstringamus, et rebus, Domino dedicatis, debitæ proprietatis gratia non negetur. In quo tamen negotio non erit necesse, martyrium sancti Viri vel flore rhetorico, vel sermonum coloribus investire, quia tam preciosa est in conspectu Domini mors Sanctorum, ut etiam inculta vel nuda piarum series actionum aliena suffragia non mendicet, nec verborum flosculis egeat coronari. In ea puritate veritatis actus beati Martyris exsequimur, ut et illud, quod invenimus apud Græcos, suæ integritati reddatur, et nostræ relationis honestas non fastidium ingeneret, sed devotionem pariat audienti. Assiat veritatis Spiritus cordi, pariter et ori meo, ut ita possim reverentiæ Martyris subservire, quatenus idem Sanctus meo labore posteris innotescat, et ego cum lectoribus meis, qui pie susceperint opus istud, mercedem in cælo mereamur ampliorem.

ANNOTATA.

- B
a *Legendum* : inidonei.
b *Vide supra lit. c.*
c *Acta igitur superius recusa non viderat Stephanus.*

CAPUT I.

*S. Placidi genus, apud
S. Benedictum commoratio
et missio in Siciliam.*

S. Placidus,
patricio gene-
re Romæ natus,

Beatus igitur Placidus, Christi martyr, ex linea senatoriæ dignitatis erumpens, Romanæ civitatis indigena fuit, et ad mundi hujus caliginem illustrandam, tempore Justinii imperatoris, velut splendidissimum sidus, emicuit. De spina militiæ secularis, rosei floris adinstar, genitura temporali procedens, lavit in vino stollam suam, et in sanguine Jesu Christi pallium carnis suæ mirabiliter purpuravit. Pater ejus Tertullus nomine; primo miles, postea per honorum fascies, et officia dignitatum exercens, in culmen Romani patriciatus evasit. Mater ejus, ex Octavia gente descendens, partu sobrio satis, et utili hunc ipsum, de quo agimus, quasi quoddam liliū puritatis, effudit *a*. Felix et tanti filii tam digna mater, non hoc solum germen protulit sanctitatis, verum etiam tres alios est enixa Eutyrium, Victorinum, et Flaviā virginem *b*, ut in quatuor filiis, veluti in quatuor fluminibus terram sitiētis Ecclesiæ pudica fecunditas irrigaret. Supersedemus in Placido terrenæ nobilitatis elferre præconium *c*; quia tantus est in illo splendor meritorum et operum, ut ad gloriam virtutis ejus, claritudo carnis penitus evanescat.

5 Parentum diligentia nutritus Puer, et tenere, sicut opportunum fuerat, educatus, cum jam septennis pueritiæ metas attingeret *d*, beatissimo patri Benedicto, qui in territorio Sublacensi vitam angelicam exercebat, norma institutionis monasticæ regulariter *e* imbuendus, oblatus est. Suscepit vir Deo dignus Puerum

nutu divino, parentumque devotione, vel fide **D** cœlitus assignatum, ut peritus Ecclesiæ hortulanus lilio pubescenti rivulos cœlestis doctrinæ admoveret, et sub ejus magisterio vel ducatu tenerrimus flos virtutis in maturitatem erumpens, suo tempore martyrii fructum daret. Dignissimum plane fuit, ut vas electionis et gratiæ futurus Puer, qui in Martyris nomen et meritum fuerat promovendus, de speculo Benedicti formam sibi sumeret sanctitatis, et vitæ innocentiam, quam ab illo susceperat, candidatu confessionis, et purpura martyrii coloraret. Religionis habitu vestitus Puer, magisterio Benedicti, sicut assidue, ita etiam strenue adharebat. Rigabatur novella plantatio cœlesti doctrina, et sub Sancti Spiritus disciplina ad perfectionem conversationis et vitæ, ætas adhuc informis et tenera formabatur *f*. Subarraverat Pueri devoti mentem spiritus pietatis, et in tabula cordis ejus amoris rudimenta depingens, ad virtutem humilitatis et obedientiæ consecrandam gratiæ suæ largitionibus instruebat.

6 Cum his virtutibus studiis animus puerilis *g* intenderet, et felicem moliretur in anteriora processum, ex more monasterii jussu aquam de flumine ad usus necessarios deportare, verbum jubentis obedirent amplectens, Romani patricii Filii aquarium vas assumens, ad flumen devenit; situlam minus prudenter in aquam deposuit, eamque incautus ipse sequens, cum vase, quod infuderat, quantum jactus est sagittæ, a terra in flumen, unda rapiente, detractus est. Venerabilis magister ejus Benedictus, et Spiritus Sancti radio perfusus, quo sæpius solebat esse remotorum et absentium cognitor et discussor, quod de Puerō factum erat, spiritualibus oculis intuens, Maurum, plenioris ætatis discipulum, advocavit, et, quid circa puerum Placidum ageretur, significans, ut in ereptione mergentis cursu velociore contenderet, modesto vigore spiritus imperavit. Implorata humiliter et accepta benedictione paterna, Maurus monachus ad flumen venit, et puerum Placidum, pæne jam mersum, inveniens, instar Petri Apostoli, super elementum aquæ liberos excursus dedit, crine Puerum rapuit, illumque e medio fluminis usque in terram expedita et secunda velocitate reduxit *g*. Dicit quisquis, quod senserit, ego absolute definio, beati patris meritum et virtutem id primo loco potuisse perficere; ut mobilis undæ liquor impressi pedis vestigium pateretur. Sed, hoc simplicem innocentiam Placidi meruisse, ut ad magistri imperium, mediis ereptus aquis, ad majoris gloriæ finem posset, Deo sibi suffragante, servari. Noluit pius arbiter æquitatis innocentem et minus cautam Pueri sui vitam aquis rapientibus intercludi: sed eum ad meliora promovere disponens, et ab instanti mortis articulo, eo, quo solet, clementiæ genere liberavit, et ad victoriam passionis cum gloria subeundam præstitudo apud se tempore reservavit. Dempus aquarum periculo, hic pius Puer quotidianis augmentis proficiebat in melius. Et sicut exterius ratione temporis videbatur crescere per ætatem, sic interiori homini suo ad Dei imaginem renovari, satagebat assidue per virtutem.

7 In schola magisterii spiritualis, Benedicto *h* patri humilis et devotus assistens, id familiaritatis et gratiæ obtinere meruit apud illum, ut non solum publicis actionibus ejusdem patris communis speculator adesset, verum etiam secretis et

cujus meritis
submersionis
periculo eripitur,
E

g

et cui constanter adhaeret,

et

D et intimis ipsius precibus sive miraculis testis idoneus, tanto verior, quanto secretior, sæpius interesset. Adfuit Puer devotus nocturnis supplicationibus beati patris, cum, ab eo specialiter assumptus in comitem, vidit et expertus est, quid posset meritum sancti viri, qui verticem rupis excelsæ, siccam penitus et arentem, violentia precis suæ sudare compulit aquas vivas, quæ ad remedium fraterni laboris, pariter et querelæ, quotidiana suffragia ministrarent *h*. Credimus, venerabilem Benedictum eo spiritus oculo, quo futurorum notitiam capiebat, præsensisse de Placido, quantæ excellentiæ futurus esset, sicut nobis renuntiat vestra simplex opinio. Hac de causa pius pater felicem Discipulum suis arcanis interesse volebat, ut, qui de publicis ejus sermonibus vel exemplis sumpserat formam vitæ, de cælestis contemplatione secreti congruus orandi modos et vim veræ supplicationis hauriret. Satis congruum arbitramur, Placidum debuisse magistri miraculis interesse, ut, qui suo tempore miracula factururus erat, ex magistri qualitate vel habitu facile deprehenderet, qua forma precis vel instantiæ supplicandi, necessitatis articulo, de vena pietatis divinæ signorum potentiam potenter extorquere deberet. Unde factum est, ut magisterium cælestis sequens, spiritualis magistri fieret imitator, et, qui mirabilium operum dudum fuerat inspector et testis, ipse quoque mirabilium fieret operator. Et, ne lucerna succensa lateret sub modio, qui in Dei oculis magnus erat, in oculis etiam hominum mirabilis apparebat, adolescentiam exuens et robur induens juventutis, beatus Placidus, inter scholares alas tyrocinii spiritualis, in cœnobio Casinensi, castrensis exercitium disciplinæ sub Benedicto, Dei famulo, sequebatur.

tutandis Casinensium prædiis in Siciliam mittitur.

8 Supervenerant eo tempore de Sicilia procuratores cortium et villarum, qui patri beatissimo retulerunt, possessiones et prædia, quæ Tertullus, Placidi beati pater, monasterio Casinensi patricia liberalitate contulerat, ab incolis terræ illius vastari et distrahi, nec posse a ministris annuum censum Casinensi ecclesiæ resignari. Cum fratribus communicato consilio, bonum visum est omnibus, et maxime in oculis Benedicti, ut ad locorum illorum reformationem pariter et tutelam Placidus mitteretur, qui et ex vivacitate prudentiæ, destitutis locis providentiam exhiberet, et tam auctoritate personæ, quam excellentia parentelæ, commissa sibi prædia reservare sufficeret ac tueri. Ex deliberatione communi Benedictus pater injungit Placido cælestis negotium, et, duobus sibi comitibus delegatis, Gordiano et Donato, qui cum eo sudaverant in commilitio spirituali, cum paterna benedictione dimisit. Non humanitus factum puto, sed divina potius providentia contigisse, ut sic Placidus deberet in Siciliam destinari, ut, quod credimus, et suorum meritorum, et temporis ordo posebat, in illa provincia et sudoris sui cursum, Deo sibi propitio, terminaret, et, exacto passionis agone, triumpho cælestis sumere * bravium pariter et coronam. Quibus in itinere illo miraculis floruerit Beatus iste, quibus virtutum radiis claruerit in illa via, quantum ex Historia Gordiani, patris Benedicti discipuli et ejusdem Martyris socii, deprehendisse potui, non omitam.

* sumeret

ANNOTATA.

a Tertullo, patricio Romano, natum fuisse S. Placidum, ex Gregorio Magno liquet: incerta cetera. Vide Comment. prævium § 3.

b Ex codicibus Hieronymianis deprompta videntur hæc nomina, et ab antiquis quibusdam martyribus ad S. Placidi Fratres et Sororem translata. Vide num. 10 Comment. prævii.

c Satis id profecto est, quam illi cum Justiniano cognationem, aliaque nullo fundamento affingere, qua de re consule § 3 Commentarii prævii.

d Verisimilius anno 523. Vide num. 81 Comment. prævii.

e Idem habet Gregorius lib. II, cap. 3 Dialog.: non igitur ea de causa tantum, ut artes profanas addicerent (ut hæreticis nonnullis affirmare lubet) olim pueri monachis a parentibus offerbantur.

f Minus hic in S. Placido æquus est Bailleus. Vide num. 89 Comment. prævii.

g Ex Gregorio Magno lib. II Dialog. cap. 7.

h Ex eodem lib. II, cap. 5.

AUCTORE
STEPHANO
ANICIENSI.

CAPUT II.

Sancti in Siciliam iter, pluribus prodigiis illustre, et Messanensis monasterii ædificatio.

Digressus a præsentia beati patris Placidus a, athleta Christi, cum apud urbem, quæ Capuana dicitur, devenisset, a felicitis memoriæ Germano b episcopo officiosa satis humanitate susceptus est. Civitas, jam erecta et posita supra montem, latere non potuit, sed publicas omnium aures rumor occupavit honestus, sanctissimi viri Benedicti discipulum Placidum Capuanam civitatem c sua præsentia illustrasse. Erat in Majore ecclesia, quæ beati protomartyris Stephani titulis insignitur, Zoffus quidam, primicerii gerens officium, qui morbo illo capitis, qui dicitur Cephala d, laborans, acrimoniam doloris sui nullis remediis lenire poterat vel auferre. Adventu cognito beati Viri, et nocturnam mansionem apud episcopum civitatis Placidum accepisse, præsentiens, conspectibus ejus exhibens se præsentem, qua molestia premeretur, revolvit et aperit, et, ut per ejus meritum curari debeat et sanari, quantacumque potest, exactoriæ supplicationis instantia flagitat et exposcit. Esse se certissimum, confitetur, tam potentem haberi in Placido virtutis et sanctimoniæ veritatem, ut suffragio precis suæ inveteratum jam morbum velocitate, qua velit, omnino sufficiat amovere, qui, si ad hoc etiam attendandum inferior et impar esset, possent tamen virtutes et merita Benedicti, cujus discipulus ipse erat, id potenter efficere, ut inveterata capitis ægritudo quæ mœrore confecerat laborantem, suo eum lætificaret abscessu.

10 Placidus, amicus Dei, in custodiam humilitatis se erigens, cum pie repelleret supplicentem, et, supra meritum suum esse, quod

Primicerio

Capuano

a

b

c

F

d

capitis dolorem tollit,

ab

AUCTORE
STEPHANO
ANICIENSI.

ab illo patebatur, assereret, languidus ille, cui fuerat morbus in caussa, Benedicti nomen medium interponens, contestatur Placidum, et adjurat, ut ad remedium doloris sui capiti ejus manum admovere et orationis medelam sibi apponere non recuset. Victus supplicatione petentis, et exaudito nomine patris sui cumpunctus, pariter et permotus, surgens de loco, languentis capiti manum apponit, et, iterato nomine Jesu Christi, Benedicti patris nomen humiliter subsecundans, signo Crucis admoto, dolorem, qui diu laterat inclusus, excludit: totumque hominem debitæ salutis restituens, ad domum propriam communi, tam sua, quam illorum, qui aderant, cum exultatione remisit. O dignum admiratione spectaculum! Operatur absens Discipulus in nomine magistri sui expetitæ miraculum sanitatis, et Helisæi prophetæ factum suo quoque opere figurans, qui magistri pallio percussas aquas legitur divisisse, miraculi novitate, et suum prodit meritum et præconium proprii præceptoris attollit. Ita beatus Vir, humilitatis integræ statum conservans, dum languido manum apponit, sed magistri vocabulum interponit, ex altero quidem vere miraculi patrorum apparet sed in altero, quasi cavens, ne sibi superbiæ pestis irrepat, magistro suo totum assignat, penitus et adscribit. Fama patrati miraculi Capuanam impleverat civitatem,olvebatur in ore cunctorum languenti sanitas impertita, et de cœlestis novitate miraculi totus simul populus exultabat.

et cæco visum reddidit:
Capua

41 Erat in urbe Capua cæcus quidam, quem oculorum officio destitutum nox æterna damnaverat: audito nomine Viri Dei, et indultæ sospitatis veritate præcognita, quis sit tantus operum divinorum effector, diligentius investigat. Dicitum sibi est, Benedicti, Casinensis abbatis, hunc esse Discipulum, qui, magistri sui diligentissimus imitator, sicut fuerat socius in doctrina, sic illius quoque esset hæres efficacissimus in virtute. Concepta solidæ spei fiducia, cæcus ille deduci se fecit ad hospitium beati Viri, seque sub oculis illius præsentem exhibuit. Qui, dum violentia suarum precum obstaretur Virum Domini, vel rogaret, ut amissam lucem cæcis oculis perfundere dignaretur; amicus Dei Placidus sibi eum protinus jussit adstare, et, oratione præmissa, invocato nomine Salvatoris, perpetuæ noctis horrorem patientibus oculis signum Crucis impressit. Cum itaque Vir beatus super oculos illius cæci signaculum Crucis infunderet, et Benedicti patris nomen saluberrimum iteraret, adstantes illius oculi subitam proruperunt in lucem, et, visibilis aëris hujus lumen visibiliter haurientes, ad vivendi officium sunt promoti, detersa penitus prioris caligine cæcitat. De quondam misero factus felicior, homo ille, ad B. Placidi vestigia pronus ruens, de percepto beneficio solvit gratias, quas debebat, et eos, qui adstiterant contemplatores virtutis, in admirationem deflectens ad gaudium, Jesu Christi potentiam in Servo suo gratulabundus magnificat et attollit. Innotuit civitati virtutis opus, quod fecerat sanctus Homo, et per ora omnium volitabat hic sermo; Placidum, amicum Christi, ea potestate, qua languenti capiti reddiderat sospitatem, oculis etiam tenebrosa cæcitate damnatis, videndi gratiam reformasse. Fit exclamatio generalis in populo, civitas tota tripudiat et exultat. Jesu Christi favor, et gloria tollitur in immensum, et in eo Benedicti quoque sancti

nomen et meritum summis in urbe præconis celebratur. Sic Placidus, veræ lucis amicus et filius, dum cæcis oculis lucem optatissimam infundit, cujus sit apud Deum meriti, manifestam producit in lucem, et auctorem lucis clarificans, in se ipso parit eam, quam potest, divino nomini claritatem.

42 Egressus Capuæ civitate, cum cœptum iter in Siciliam maturaret, civitatem illam prætermans, quæ vulgo Galatia e nuncupatur, obvium habuit hominem languescentem, qui, cum infortunii sui modum et languorem, quo misere premebatur, exprimeret, multos ex accolis regionis illius eodem incommodo laborare, cum gemitu et dolore testatus est. Orare et precari cœpit ut Vir Domini, cujus virtus dignis effectibus carere non poterat, misericordia moveretur, et se, qui prius occurrerat, sanitati restituens primo loco, divinam demum potentiam in ceteris exhiberet. Miseri languentis hominis misertus Sanctus, nec minus compatiens calamitatibus aliorum, in orationem se dedit, et, ea completa, tam illum, qui primus occurrerat, quam alios, qui de diversis partibus confluebant, forma crucis muniens, et consignans omnes illos, qui sibi oblati sunt, plena incolunitate donavit. Virtutum Ministro virtutis efficaciam deesse non poterat. Et satis congruus erat ordo, ut, qui studiis indefessis virtutum exercitiis insudabat, ad Christi laudem, cujus gloriæ militabat, virtutum signis gloriosior haberetur. Quocumque tenderet Sanctus iste celeberrimus, adventus ejus fama celebris anteibat. Lucerna denique lucens et ardens, quæcumque loco præsentialiter illustrasset, eorum incolas ad amorem et desiderium se videndi mirabiliter accendebat.

43 Unde quædam mulier, opinione sanctitatis illius accepta, filium parvulum, supremo jam spiritu soloque pectore palpitantem, B. Placidi pedibus lacrymabiliter et anxie satis exposuit, vociferans et contestans, ut eo pietatis spiritu, quo plenus erat, sibi condescenderet et maternæ consuleret orbitati, redderet sibi filium, quem mors nimis immatura, ea violentia, qua cunctos solet auferre, sibi etiam omnino præripere festinabat. Hanc se habere fiduciam, et tanta in Dominum fide niti, ut, quicquid ab eo Placidus beatus exposceret, sine cunctatione aliqua suis posset precibus obtinere. Non posse carere virtutis effectu Discipulum Benedicti, cui sanctitas magistri vel virtus, sicut in divinis sequendis ministraverat disciplinam, sic in mirabilibus exhibendis obtentu assiduo apud Domini potentiam impetraret. Ita mulier, misera prorsus et lugubris, in viribus magni Discipuli, summi præceptoris Benedicti nomen et meritum inculcans, restitutionem filii cum obstatione et lacrimis exigebat. Induit, evictus tandem, misericordiæ viscera benignus Homo, et magistri sui nomen apud se inaniter iterari, non sustinens, puerulo pœne jam mortuo, et extremum spiritum vix trahenti, dexteram super apposuit, signum vivificæ Crucis impressit, et, de faucibus mortis ereptum, vitæ restituens in momento, ita plene vivificat vix spirantem, ut reformet lamentanti præoptata gaudia genitrici. Implevit loca finitima rumor iste, prædicatur Benedictus in discipulo suo Placido: sic resplendens et consona omnium veritate magnificus in utroque Christus Dominus prædicatur.

44 Athleta Domini Placidus, sicut in curandis paralyticis, dis

digressus, Galatia languido vires reddidit.

puerum, tantum nox mortuum.

A disægritudinibus animarum scientiam sumpserat a magistro, ita etiam per magistri interventum simul et meritum in propulsandis molestiis corporum cœlestem potentiam mirabiliter exercebat. Oblatus est ei paralyticus quidam in via, membrorum omnium destitutus officiis, quem dissolutio juncturarum sic in omnibus membris suis totum damnaverat et reddiderat prorsus inutilem, ut nec terræ pedem imprimere, nec apponere panem ori posset, nisi alienis suffragiis niteretur. Videns hunc hominem Servus Dei, et compatiens dolori ejus, contulit se ad Deum, in quo posuerat fiduciam totius spei, et vibrans in paralyticum signum Crucis, mysterium Trinitatis expressit. Ad benedictionem sancti Viri, debilitata natura resumpsit suarum virium quantitatem. Succus vigoris diffunditur passim per nervos et membra omnia, quæ contraria passione marcerant, colore simul et robore reparantur. Sicque factum est, ut, quod in illo misero deturpaverat origo corruptior, sancti Viri virtus amplissima reformaret, et membra singula, restituta suis officiis, facultati propria redderentur, adstat sanus et incolumis in momento, qui diu non ager, sed pœne mortuus, jacuerat in grabato, et magis proficiens ex S. Placido munere, quam prius sumpserat ex collatione naturæ, erigit pariter corpus et animum, et Deum glorificans in opere suo, Placido, cujus ministerio sanatus erat, gratiarum vota gratulabundus exsolvit.

quartana laborantem ad sanitatem revocat,

B 15 Christianæ fidei devotus cultor, cum in magnis virtutibus exercendis facultatem et gratiam haberet in promptu, in minimis quoque non negligens aut segnis erat, sed pari ac similitudine et florebat ex minimis, et fructificabat in magnis. Quartano incommodo vir laborans, occurrit in eodem itinere sancto Viro, intemperie caloris et frigoris sic exustus, ut pallore et macie putens esset, dum validissimæ febris incendiis æstuaret. Beati Viri conspectibus se præsentans, genibus ejus advolvitur, supplices manus protendit, morbum, cujus signa lucebant in facie, confitetur, et, ut per Servum Domini salutis gratiam mereatur, exposcit. Fidem se habere plenissimam, et ex fide fiduciam concepisse, si possit Viri beatissimi vel orationem promereri vel tactum, febris propulsata, recuperatæ sanitatis gaudia susceperunt. Exuberans pietatis visceribus animus sancti Viri, totum se in orationem effundit, et illum deprecans, qui socrum Petri sola verbi potestate *f* liberavit a febribus, et puerum centurionis paralyti decumbentem, membrorum officiis instauravit, ut hujus quoque debeat misereri, gemebundus implorat. Inter orandum, cum necdum finem orationi dedisset, virtutem mirabiliter emanantem de Placido sensit ægrotus, et, penitus extincta vi februm, ita totus ex integro redditur sanitati, ut nulla jam in eo prioris morbi vestigia residerent. Agit gratias curatori, et imperio sancti Viri submitti morbos, subjici passiones, sublati in cœlum vocibus attestatus, qui tremebundus et pallens advenerat, incolumis accessit.

aliaque plura

C 16 Possem in infinitum verba producere et paginam onerare miraculis, sed, ne lectorem compellat proluxa lectio nauseare, et quasi cum fastidio refutare, quod summus est studiis amplectendum, quicquid sequitur de miraculis hujus Sancti, fidelis oraculi brevitate perstringam. Tantam Dominus in illo Calatiensi territorio vir-

tutis amplitudinem ministravit, ut signorum divitias, quæ sequuntur, sicut divinitus, sic ubertim effunderet in locis illis. Vir quidam, pariter mutus et claudus, duorum officio præsentatur; qui, ad benedictionem Sancti plectro linguae resolutus, vigorem motus et locutionis excepit, et in pedibus, quos nervorem imbecillus stupor invaserat, gradiendi sumpsisse meruit libertatem. Alium morbo podagrico laborantem et vehementer afflictum, Cruce Christi humiliter consignavit, eumque protinus, excusso morbo, bonæ valetudini restituens, ad propria remisit incolumem. Puellulam oblatam sibi, quæ simul fuerat oris, oculorum et aurium privatione damnata, fusa prece pro salute illius, Crucis impressione signavit, ejus sensus redintegrans diminutos, ut, quæ muta fuerat, loqueretur; carens oculis plene videret; et surda prius patenter audire obtinuit. Romanæ civitatis indigena, cum infirmitate pessima teneretur, ad Domini Servum deductus, ejus ope curatus est.

AUCTORE
STEPHANO
ANICIENSI.

E 17 Brachium cujusdam viri, cujus tumor nimis in putredinem simul et saniem laxabatur, signo Crucis appposito, sinistra valetudine vacavit. Alterius contractam manum, cum ad eum, morbo suadente, venisset, signaculo Crucis appposito, nervorum flexibus integratis, plene restituit sospitati. Cœcum, sibi occurrentem, virtute Crucis, per quam operabatur hæc omnia, visibili lumine superfudit. Energumenum quemdam, qui ab immundo spiritu pessime vexabatur, solito Crucis auxilio sic constrinxit, ut spiritus, qui eum invaserat, instar, fumi, quasi de vertice illius egrediens, hominem, male possessum, sanum relinquere cogere-

edit prodigia;

retur. Senem cœcum, data prius oratione, signavit, et lucem, diutius denegatam, mirantibus oculis mirabiliter infudit. Morbo hydro-pico fatigatum, cujus venter intumuerat instar utris, et cutis in morem vitri prælucebat, signi salutiferi munimine superfudit, atque in eo pestiferum liquorem exhauriens, corpus inæquale penitus et distensum, humore siccato æqualitati pristinae reformavit. Hæc in Calatiensi territorio contigisse, in Gordiani reperimus Historia, et ad Christi magnificentiam probandam in Placido legenda posteris destinamus.

F 18 Viator bonus accelerans iter cœptum, uti et locis aliis, *g* Furcas, ut dicitur, Caudinas *g* attigerat, locum illum, cui prius fuerat nomen tormenti, fecit esse locum miraculi. Super oculos cujusdam cœci, qui sibi in eodem loco oblati est, manum imposuit, præmisit precem, Crucem infudit, et diutius amissum diem stupentibus oculis instauravit. Mulier debilis et infirma, implorato auxilio Viri Dei, per orationem ejus oblatam meruit sospitatem. Fabricitantem alium, deductum ad se, consueta gratia benedixit, et, languore submoto, remisit incolumem. Manu debilis accessit ad eum, cujus cum digitum, præmisso Benedicti nomine, contrectasset, laxatis articulis, extensa palma, siccitas diuturna reviruit. Corruens quidam ex alto, fracti brachii læsione mulctatus, visitatione pariter et prece Sancti, desiderata sanitate donatus est. In eodem loco cum super quemdam, qui spiritu molestabatur immundo, formam Crucis manus extensione signasset, igne scintillante de naribus ejus, in specie fumi de illo habitaculo, pessime usurpato, nequam spiritus invitus egressus est. Maculosum cujusdam oculum tunc sanavit, et juvenem, cujus calcanea natibus adharebant, orationis virtute

AUCTORE
STEPHANO
ANCIENSI.

per quæ
transit :
h
i

k l

virtute vel Crucis liberum reddidit et erectum. Quot ægrotos, contraria valetudine laborantes, in illis partibus virtus curaverit Jesu Christi, nos quidem supersedemus evolvere, sed Deo relinquimus illud totum, cujus ope et auxilio hæc et alia diversa patravit, et ad cujus referenda sunt gloriam, quæcumque fecit. Nos interim simplicem Historiam prosequamur.

19 Virtute pollens et coruscans miraculis Placidus, minister Christi, Beneventum *h* advenit, susceptus honorifice a B. Marciano *i*, civitatis illius episcopo, claudum quemdam, Majorem nomine, qui, genibus ad postrema recurvis, terram scabellulis quasi verrere videbatur, invocato nomine prius Christi, postea Benedicti, tibiæ et pedum naturali restitutione donavit. Ibidem etiam lumen, quod amiserat, cæco reddens, susceptori suo Marciano pontifici valefecit, et in Apuliam ultra progrediens apud Canusiam *k* civitatem, a S. Savino *l* episcopo multa cum humanitate susceptus est. Ubi etiam Landulfum quemdam nomine, habentem aridam et curvam manum, benedictione data, naturali **B** reformans officio, in anteriora progressus, Deo se et opera ejus dirigente, Rhegium, Calabriae civitatem, advenit, exceptus a Sisinio, venerabili episcopo illius urbis, leprosum quemdam, cujus superficiem, fere totam subalbam, lepræ color obduxerat, Benedicti meritis et prece sua corporali munditie reformavit. Ibi quemdam clericum, Siconem nomine, mutum et surdum, cui ex auribus vermes defluebant, sibi expositum, fusa prece, et interposito nomine Benedicti, plenius instauravit ad auditum pariter et loquelam.

tandem Messanam appul-
sus condito
illic monasterio,

m

20 Die sequenti cum suis Sociis navim ascendens, Messanam *m* appulit, et apud Messalinum, Romanum civem, Tertulli, patris sui familiarem pariter et amicam, mansionem accepit, cum quo diem illum cum nocte sequenti in Domini laude et fidei collatione deducens, alterius diei lucescente crepusculo, cum eodem Messalino descendit ad portum, et idoneum locum reperiens ædificia construendi, cannibula sua, quam gestabat in manu, locum, in quo Joannis Baptistæ oratorium et officinæ ceteræ fundarentur, diligentius assignavit. Ita Vir **C** Domini, undecumque artificibus congregatis, jecit in Christi nomine fundamenta, et operi suo sedulus, maturator adsistens, cœpti monasterii fabricam ad perfectum deducere conabatur. Quantis virtutibus ibidem floruerit, quibus signis emicuerit in loco illo, sequentia pietatis opera manifestant. Quadam die Vir Dei, dum a monasterio rediret domum, cæcus illi adfuit ex cursu, qui, suffragium ejus implorans, per orationem ejus oculorum officium debita cum integritate recepit. Factum illud regioni statim innotuit, quia persona, in qua signum ostensum est, indigena fuerat Romanæ urbis, et notissimum fuerat apud omnes, eum, cui reddita dies erat, Silvium nominari. Glorificabatur Dominus in Sancto suo, et mirabilia faciens per manum ejus, per totam Siciliam nomen ejus mirabiliter propagabat et famam, ducebantur ad eum variis passionibus obligati, inter quos quidam vir, correptus a demonio, cum ejus conspectui sisteretur, eo interveniente, purgatus est. Paralyticus quidam, cujus universa membra continuo languore defecerant, exhibitus ejus præsentia, supradicto Messalino assistente pariter et vidente, membro-

rum suorum officiosam restitutionem emeruit.

21 Virum, cujus brachium cum manu arida siccitate torpuerat, oratione præmissa, subsecundato etiam nomine Benedicti, in statum pristinum reparavit, adsistentibus plurimis et tanta miraculi novitate stupentibus. Paralyticum, Siculi viri sodalem, virtute simul orationis et Crucis, languore sanato, suis viribus instauravit. Alium quemdam vitæ carentem officiis et inutili longævitate durantem, cui, in corpore jam extincto, superstes spiritus anhelabat, et cadaver exanime servabant oculi vigilantes, ad precem beatissimi Placidi plenam totius corporis reformationem excepit. Quidam ex primoribus illius provinciae, elephantina infirmitate percussus, cum nulla posset medicorum instantium arte curari a lepra, quæ invaserat corpus ejus, beato Placido mediante, mundatus est. Obsessum a dæmonio, per os cujus contumelias in sanctum Virum malignus spiritus evomebat, solo imperio verbi sui creptum a dæmonis potestate, beatum Placidum antiquæ reddidit libertati, et virtute, qua superiores sanaverat, in eodem monasterio positus, ad se plurimos concurrentes, qui morborum diversis molestiis premebantur, in Jesu Christi Cruce salutifera mediante curavit.

22 Conversabatur autem B. Placidus in loco suo apud ecclesiam, quam in honorem B. Joannis Baptistæ in portu construxerat Messanensi, jejuniis et orationibus plene vacans et ceteris omnino studiis pietatis insistens, Evangelicis Negotiator vitæ perpetuæ margaritam pretiosis operibus mercabatur. Aggregabat sibi, quos poterat, et qui vitam Apostolicam sequi vellent, secum in eodem monasterio coadunans, doctrinis spiritualibus informabat. Proponebat semetipsum subditis ad exemplum et formam disciplinæ, cui deberent imprimere semetipsos, in suis actionibus sculpebat. In eum tandem numerum cohabitantium sibi frater creverat multitudo, ut triginta jam essent, qui, relicta mundi vanitate vel pompa, nudam Christi Crucem nudis humeris ferentes, illius spirituali magisterio subderentur : qui religionis et ordinis disciplinam in ea veritate, quam sumperat a magistro, custodiri faciens et servari, censuram rigoris monastici pleno fervore spiritus sequebatur. Occupaverat fines Siciliae sanctæ opinionis et nominis ejus fama, et, ipsos quoque terminos illius provinciae potenter evadens, refundebatur etiam in exterarum nationes.

23 Sanctitas Placidi, culta pariter et ornata miraculis, impleverat Romanam urbem, et celebritas virtutis ejus, condita multiplicitate signorum, populari favore ad sidera ferebatur. Ita se habebat Placidus, sic vivebat, ut apud convenientes sibi domesticæ mansuetudinis gratiam exerceret : et habens testimonium bonum, ab illis etiam, qui foris erant, in gloriam Jesu Christi communiter omnium studiis uteretur. Ducebat intra positus cælestis vitam, et angelicæ puritati pro viribus se conformans, cum adhuc peregrinaretur in carne, cœlos tamen devotione spiritus jam tenebat. Quam plene castigaverit corpus suum, qualiter domuerit et servituti subdiderit carnem suam, singillatim exprimere, quasi superfluum judicamus. Cum omnes actiones illius et ejus studia universa in eam perfectionem irruerint, ut futuræ passionis, veluti quadam preludia viderentur, et consummandam in eo virtutem martyrii plenius redolerent. Gloria sancti Viri et solemnitas signorum

D
prodigiorum
fama.

E

et vita

F

sanctitate
celeber,

A gnorum ejus, circumpositas regiones prætermeans, attigerat Romanas aures. Ore publico ferebatur pariter et sonabat, qualiter beatus Placidus, Tertulli patricii filius, Benedicti Casinensis discipulus, constructo in Sicilia monasterio intra patrimonii sui fines, triginta sibi fratribus aggregatis, monachale propositum exercebat.

a Fratris
et Sorore

24 Eo tempore Euty chius et Victorinus, B. Placidi germani fratres, cum Flavia virgine sorore sub procuratione pariter et defensione parentum, patris intra domesticos parietes morabantur. Qui, accepta relatione communi, quod frater eorum Placidus in Sicilia fundasset locum, tacti desidesio videndi fratrem, ex parentum sententia vel assensu, navigio se tradentes, cœperunt in Siciliam proficisci. Emensa vastitate illius maris, quod a Roma usque Siciliam Campaniæ fines atque Calabriae videtur e latere præterlabi, tandem prosperis ventis usi, Messanam applicuerunt. Ibi desiderii sui finem B. Placidum diligentius requirentes, apud ecclesiam B. Joannis Baptistæ, quam sibi in patrimonio suo providus Fundator exerat, et in sanctitate et justitia servantem Domino reperere: adistentium monachorum inditio compertum Fratrem, quem dudum facie ignorabant, se invenisse, gavisus sunt, agnitione mutua triumphantes, Placidum et Fratres ejus, oculis porrectis invicem et lacrymis effusis præ gaudio, alternis colloquiis se foventes, decrevere per dies aliquot pariter commorari. Fruebantur alternatim conspectu diutius exoptato, et ex ore Placidi, majoris natu, quotidiana cœlestis vitæ seminaria devote ac humiliter audiebant. Incitabat verbis cœlestibus Frater monachus Fratres suos, adhuc in sæculari habitu conversantes, et infirmas ac debiles mentes eorum ad æternæ vitæ desiderium vel amorem quotidianis sermonibus animabat. Non defuit Spiritus Sanctus ori ejus, qui per Placidi ministerium, Euty chii, Victorini et Flaviæ cor illustrans, in ea caritatis fortitudine solidavit, ut usque ad triumphum victoriæ sequentes Fratrem, cum eo, cum quo non diu vixerant, morientes, per ipsum pariter et cum ipso vitam consequerentur æternam.

invisitur.

25 Opportunum tempus advenerat, in quo sudores Placidi vel labores reponerentur in cœlo, et quotidiani agones illius, quos in palæstra monachatus pius belligerator exegerat, dignis deberent a Domino compensationibus præmiari. Trahebatur ad odorem cœlestium unguentorum, et, prælibans animo menteque per gustans dulcedinem spiritualium gaudiorum, ad eorum consecutionem et palmam plenæ desiderii ferebatur. Incaluerant ejus medullæ, succensa fuerant ejus præcordia Jesu Christi pariter dulcedine et amore; et cupiens jam dissolvi et esse cum eo, ad depositionem tabernaculi sui, quod in proximo fuerat dissolvendum, summis studiis anhelabat. Erat ei temporalis vita fastidio, deformis et squallida videbatur species terrenorum et ad solam pulchritudinem Jesu Christi contemplandam pariter et habendam toto mentis rapiabatur excessu. Aspirabat ad æterna, qui temporalium contemptor erat: et quia necdum poterat consequi propositi sui finem, eliquabatur in lacrymas, et ad messem gaudii capiendam medullitus aestuabat. Pius pauperum auditor Deus non defuit Placido, se quærenti, sed audiens ejus preces et salubria vota com-

plens, bonum, quod petierat, concessit. Noluit Placidum Deus universæ carnis ingredi communem viam, sed eo genere largitatis, quo vere mirificat Sanctos suos, eum, quem fecerat confessione mirabilem, passionis triumpho decrevit facere gloriosum, cujus seriem Passionis sequenti stylo breviter duximus explicandam.

AUCTORE
STEPHANO
ANCIENSI.

ANNOTATA.

a Ante annum 536. Vide num. 120 Comment. prævii.

b Vide num. 112 Comment. Colitur 30 Octobris.

c In Campania Felici.

d A Græca voce κεραλαία.

e Duplex ejusdem fere nominis prope Capuam olim civitas fuit: quæ hic intelligenda videatur, vide num. 117 Comment. prævii.

f Adde: et tactu, ex Matth. cap. 8, v. 44.

g In Hirpinis.

h Samnitum olim urbs et Colonia in Hirpino confinio.

i Vide tom. II Junii ad diem 14 ejusdem mensis, quo de illo actum est.

k Apulia civitas, olim episcopalis, modo Barensis archiepiscopatus unila.

l Acta ejus habes ad diem 19 Februarii.

m Sicilia civitas est.

CAPUT III.

SS. Placidi Sociorumque
martyrium.

I n illo tempore, quo beatus Placidus apud Messanam, urbem Siciliae, morabatur, Abdala, Saracena gentis et ritus caput et princeps, toti Hispaniæ præsidebat a. Hæc ei unica erat cura, hæc sollicitudo fuerat specialis, ut pro regali magnificentia ritum attollere gentis suæ, Meloch, Rempham et Luciferi sidus venerando, et viribus deductis in cumulum, Christianum nomen non deprimeret vel conculcare, sed omnino extinguere conaretur. Communicavit consiliis suis secretum, baronibus atque principibus terræ suæ, et, hoc esse propositum suæ mentis, testatus est, ut, sic ubi posset, subitanum quemdam assultum faceret in Romanos, qui in Christianæ gloria dignitatis primum caput obtinere tunc temporis videbantur. Fideles sui, qui tunc aderant, hoc ex officio dedere responsum. Romani nominis excellentiam in hoc non mediocriter posse lædi, si in Sicilia, quæ utique Romani juris certa possessio illo in tempore habebatur, per Hispanam gentem daretur aliquando militaris assultus. Assensione communi probatum est, et in hoc verbo tantum principalis sententia requievit, ut, navibus præparatis, dato viatico, quod fuerat opportunum, dextera militaris de sinu Hispanico, studio diligentiore collecta, Romanorum in Sicilia possessiones invadat, et tantum inferat detrimenti, ut, quod factum fuerit, et Romanæ virtuti afferret ignominiam et gloriam regni sui deducat in memoriam posteriorum.

Interim Mes-
sanam Sara-
centi repente

a

27 Eligitur de gregaria multitudine ceterorum quidam, nomine Mamucha, gentis Agarenæ non

AUCTORE
STEPHANO
ANCIENSI.
invadunt,
et, effracto
monasterio,
Sanctos

* forte tem-
poris

b

B

in vinculis
detinent.

C

non infimus, Christianæ fidei validissimus expugnator et hostis, qui electæ militiæ dux præsesset, et in nocendo Romanis se exhiberet omnium ampliorem. Paratis navibus, delecta ad militiam juventute, collatis rebus, quæ ad transnavigandum viderentur necessariae, navigio sese pariter omnes committunt, carbasa prosperioribus ventis obpandunt, et, emensa totius pelagi vastitate, Siciliam attingentes, portum illum, in quo vir sanctus Placidus cum Sociis Domino serviebat, statu temporis * aridente, contingunt. Intempesta nox erat, et mortalium oculis somnus infuderat gratiam quietis suæ, cum blasphema Crucis Dominicæ gens nefanda, litus illud exoptatissimum comprehendit, ubi Placidus, vir beatus, cum Tyronibus sortis suæ de mane vigilans et erectus ad Dominum, nocturnæ synaxis solemniam celebrabat. b. Agareni, qui portum apprehenderant, partim de immunitate locorum, partim de silentii nocturni suffragio præsumptionis solatium capientes, egressi de navibus, primis assultibus portum invadunt. Concurrunt exinde pariter, sicut fuerant adjudicati promptiores, ad monasterium beati Viri. Facto impetu, fores exterminant, diruunt claustra, et quicquid inesse poterat munimenti, omnino dissipant et effringunt. Perveniunt ad locum illum, in quo sanctus vir Placidus, futurus martyr, cum suis Sociis nocturnis excubiis, indefessis viribus, incumbebat. Sanctos omnes, qui vigilis celestibus insudabant, Agareni improvise et subito comprehendunt et uno tantum ex eis, Gordiano videlicet, in fugam lapso, reliquos, quotquot erant, distrahentes in vincula conjecere. In illa tamen invasione seditiosa penitus et minime circumspicere, Donatus quidam, beati viri Placidi quondam individuus comes in via, ætate jam provecus in senem, Sarraceno gladio decapitatus, et martyr felicis effusione cruoris regna sibi cœlestia comparavit.

28 Distractis rebus, et effracto monasterio beati Viri, matutinus dies illuxerat, cum Mamucha, perfidissimæ mentis homo, beatissimos Martyres, quos dudum vinculis fecerat mancipari, Placidum, Eutychieum et Victorinum cum Flavia virgine et Sociis eorum triginta sibi celeriter exhiberi præcepit. Quos, cum lenisset primo blanditiis, minis postea terruisset, videns, eos ita se minantem contemnere, acerrime torqueri fecit. Hortabatur sermone, quo poterat, ut ritum fidei Christianæ penitus abnegantes, superstitionem gentilium sequerentur, et nisi facerent, se in illis expendere, quicquid inveniret supplicii vel tormenti, instantissime minabatur. Quicquid crudelis bestia detonaret, quantumque desæviret in Sanctos, hi, spretis omnino tyranni tam minis, quam etiam blandimentis, Christum vere se credere, et pro fide illius decertare se usque ad sanguinem, constantissime profitentur. Semel acceptam religionis et fidei veritatem nulla se posse ratione deserre, sed pro caritate Christi Jesu, qui in redemptionem eorum crucis et mortis patibulum non expavit, se quoque ad mortis tolerantiam paratos esse. Non timere se mortem, quæ sibi ad vitam æternam tendentibus, sicut miseriarum exitus, sic beatitudinis ingressus esset. Velle se carnis hujus vinculis expediti et certo passionis tramite Agnum subsequi præcipientem, ut vitam, quæ fine aliquo claudi non novit, per triumphum Martyrii mererentur.

29 Sic viriliter se habentes et fiducialiter se

agentes in Domino Placidum cum suis Sociis Mamucha sceleratus, manibus post terga revinctis cum ferreis annexos compedibus, per septem dies cibo frustratos et potu, carceri mancipasset, suis iterum conspectibus restitutos, flagellis atteri, fustibus laniari et in spatio dierum quatuor cum eis nec cibo vellet indulgeri, nec potu, quotidianis eos suppliciiis attractari præcepit. Ita perseverantes in fide, gloriosos martyres Jesu Christi Placidum Sociosque illius, versis pedibus in sublime, caput deorsum pressis, fetente fumo Sanctorum naribus aspirante, suspendens pariter et flagellans iteratæ custodiæ tradi fecit. Ubi etiam sequenti nocte, cum in Dei laudibus Martyres excubarent, Gordianus ille, cujus supra fecimus mentionem, latenter irrumpens in carcerem, penas eorum et vincula consolatoris verbis delinens, ad agnem Martyrii felices Sanctorum animas animavit. Sequenti die, cum infidelis Mamucha beatum Placidum cum sociis Eutychio, Victorino et Flavia virgine, Fausto quoque et Firmato diacono cum Sociis eorum triginta, crudelissime fustigasset, tam stupendum in virgine Flavia voluit * exhibere miraculum, ut lenones, qui ex jussu tyranni eam apprehendere seu corrumpere niterentur, stupentibus nervis, brachiis arefactis, cum manibus, dolore nimio torquerentur, ita ut nec Virginem tangere, nec suis viribus uti possent. Sic virginitatis amator Christus virginem suam Flaviam, cujus virgineos desiderabat amplexus, a vitio corruptionis illibatam servavit, ut Flavia, martyr et virgo, sicut ex victoria passionis, cœlestis regni purpuram obtineret, sic inter lilia paradisi, quocumque ierit, sequens Agnum, canticum novum puritatis et sanctimoniam in suæ carnis cithara resonaret.

30 Verberibus atque ludibriis beatus Martyr angebatur, et cruda barbaries crudeliter effrenabatur in Deum, et Sanctos ejus urgebat tormentis, suppliciiis attractabat. Placidus, jam confessor, sed in proximo futurus martyr, Christum, quem fide conceperat, voce publica frequentans et iterans, eum, in quo reposuerant terminum spei suæ, confessione multiplici celebrabat. Molestè ferens æmulus nominis Christiani, frequentari in ore Placidi Christi nomen, indignans, quia præ omnibus et pro omnibus loquebatur, cum os ejus lapide contudisset, quasi deputans minus factum, linguam ejus summo tenus eradicans, quicquid minus hactenus fecerat, nequitia crudeliore supplevit. Flaviam vero virginem, ne Fratre martyre in suppliciiis esset inferior, bestialiter potius, quam humane, mamillarum fecit extorsionibus agitari. Sed, Deo in Sanctis suis mirabiliter operante, et martyr Placidus, etiam præcisa lingua, loquendi obtinuit facultatem, et Flavia virgo servans immobilem fidei firmitatem piis in Christum laudibus resultabat.

31 Tyrannus autem immanis et magis bestia dicendus, quam homo. virtutem expertus toties Christianam, sed fidem adhibere detrectans, cum post plagas et vulnera, Deo per angelum medente, curata, cum inter catenas et vincula, inter anchoras navium, cum, magis lapidibus tibiis eorum superpositis, videret invincibiles animos innocentem, non habens jam, quo conferre se posset, capitalem in Sanctos Dei sententiam promulgavit. Accepta deliberatione tyranni beatum Placidum cum duobus germanis Eutychio et Victorino, et eorum sorore Flavia virgine simul cum Sociis triginta tribus satellites

D
dii fame flagellis atque enormibus

tormentis affectos.

E
* supp. Deus

tormentis affectos.

F

tandem capite minuunt.

impie-

A impietatis assumunt : de custodia carceris, in quo clausi tenebantur, eiciunt, et usque ad litus maris, ubi fuerant decollandi, flagris eos et verberibus afficientes, educunt. Ibi Placidus, toties jam martyr, et in desiderium vitae perennis animo et devotione transmigrans, totus in orationem decumbit, et, spiritum suum commendans manibus Redemptoris, implorato auxilio Benedicti, de cuius magisterio id habebat, ut caelum sanguine mercaretur, protensam cervicem porrigit percussori. Venerando capiti spiculator impius superstans, vibrat micantem gladium in cervicem, et reddens abscissione capitis truncum corpus, et reliquos tam Placidi Fratres, quam Socios, pari enormitate decapitans, funesta potius victoria, gratulabundus abscessit.

* i. potius

dicina mox
insequente
vindicta, et
Occisorum
ossa colligente
Gordiano.

32 Jam immani scelere perpetrato, Mamucha cum omni suo comitatu, arridente clementia temporis, navim subit, quasi Rhegium profecturus. Sed, Deo in altionem sanguinis innocentum severius vindicante, pondus iniquitatis eorum mare non patiens, sublati undis in tumultos, tam impatienter inhorruit, ut, navibus B allis penitus et subversis, inimici Crucis Christi sub tanto et communi naufragio, quotquot erant, aequaliter necarentur. Ita damnatis caelesti iudicio persecutoribus Beatorum, Gordianus ille, quem superior pagina praesignavit, ad hoc servatus (ut credimus) ut Martyribus decollatis humanitatis obsequium ministraret, Sanctorum corpora, quae quatuor diebus inhu-

mata jacuerant, gremio litoris illius infodiens, venerabile corpus B. Placidi martyris in ecclesia S. Joannis Baptistae, quam ipse sibi in portu exerat Messanensi, et, dirutis aliis officinis, sola supererat, cum reliquiis Germanorum suorum, honeste, prout potuit, tradidit sepulturae. Ita beatissimus vir Placidus, Benedicti discipulus, monachus simul et martyr, consummatus in brevi, 3 Nonas Octobris cursum preciosae passionis explevit, et, de manu Domini immarcessibilem coronam accipiens, caelos, cruoris sui laurea purpuratus, ascendit. Insignis Martyr et omni tam aetati, quam sexui, reverendus, coruscans in terra virtutibus, meritis in caelo vivens, se colenti et amanti ecclesiae Casinensi indefessus patrocinator assistat, et, sua semper solennia celebrantes sic in praesenti caelesti reconciliet gratiae, ut in futuro comparticipes faciat coronae suae. Jesu Christo Domino largiente, cui decus est et imperium per infinita saecula saeculorum. Amen.

ACTORE
STEPHANO
ANCIENSI.

ANNOTATA.

a Multo serius Hispaniam Saraceni occupaverunt : forte hic intelligendi Mauri Africae Tingitanae, qui anno 539 in Siciliam irruerunt, et Martyres nostros neci dederunt. Vide § 9 Comment. praevii.

b Die 16 Septembris ex Cajetani calculo. Vide Annotata in cap. 6 Actorum, supra recursorum, lit. f.

DE S. GALLA VIDUA, DEINDE MONIALI,

ROMÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. G.

§ I. Sanctæ in Fastis sacris memoria variis diebus. An recte in Hagiologiis Benedictinis annuntiata? Ejus elogium ex Ferrario : ab homonymis matronis distinctio : Actorum fides.

FORTE
ANNO DXLVI.
S. Gallæ in
M.lli. recentioribus hoc die

Inter illustriores viduas, quæ morum sanctimonia, non minus, quam natalium splendore, Ecclesie Dei Orulinique monastico ornamento fuerunt, S. Gallæ vidua Romana, ac dein Romæ apud S. Petri ecclesiam monialis, censi optimo jure potest. Hanc infelici, nescio, quo eventu, antiquis Martyrologiis classicis prætermissam, debito elogio in sacris Fastis celebrarunt Grevenus, Adamus Walasser in Martyrologio Germanico, quod Camisio vulgo adseribitur, Felicius, Galestinus, Maurolycus et Baronius, quorum omnium annuntiationes huc transcribere, necesse non est, dummodo laudatum jam mox eruditissimum scriptorem in hodierno Martyrologio Romano hoc die loquentem audiamus. Ita ille : Romæ, S. Gallæ viduæ, filia Symmachi consulis, quæ, viro suo defuncto, apud ecclesiam beati Petri multis annis orationi, elemosynis, jejuniis aliisque sanctis

operibus intenta permansit. Cujus felicissimum transitum S. Gregorius Papa descripsit. Annuntiationi huic, quantum ad substantiam, hoc die etiam succiunt hagiologi recentiores. Nicolaus Brautius, Sarsinensis episcopus, in Martyrologio Poetico, Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae, Arturus a Monasterio in Gynecæo, Carolus Piazza in Hæmerologio sacro et in Sanctuario Romano, Castellanus alique, qui tamen a Baronio aliisque prætaulatis martyrologis in hoc divertunt, quod, etsi horum exemplo S. Gallam die 5 Octobris annuntient, eam tamen rectius die 6 Aprilis commemorari censeant, ac re ipsa eo etiam die, quem ei emortualem statuunt, alii succincto, alii diffuso elogio commemorarint.

2 Nec vero abs re id factum ab iis est. Etenim, teste S. Gregorio Magno lib. iv Dialogorum cap. 13, triginta diebus ante S. Benedictam sanctimoniam Romæ, de qua in Opere nostro ad

19 diem